


SIGILL : COLL : HARVARD : CANTAB : NOV : ANGL : 1650.
CHRISTO ET ECCLESIAE
BOUGHT WITH
THE INCOME FROM THE
SUBSCRIPTION FUND
BEGUN IN 1858.
23 Jan. 1873.



DE

P H I L O S T R A T I

L I B E L L O

ΠΕΡΙ ΓΥΜΝΑΣΤΙΚΗΣ

RECENS REPERTO.

Quaesivit lucem ingemuitque reperta.
VIRGIL.

SCRIPSIT
Carolus Gabriel ?
C. G. C O B E T.

LUGDUNI-BATAVORUM
Apud E. J. B R I L L,
MDCCCLIX.

Minoides Mynas, homo Graecus, ante hos paucos annos ex Gallia publice in Graeciam missus ut undique scriptorum veterum Codices Mss. indagaret et si quid reperisset aut emeret aut describeret, ex eo itinere et alia retulit et Philostrati librum quem ipse ita describit:

»Philostrate, sur *l'Art gymnastique.* Ce traité, dont quelques fragments viennent d'être publiés à Leipzick par M. Kayser, consiste en un manuscrit in 4°. de 20 pages, écrit en caractères très-serrés; avec ce qui suit et ce qui précède, il forme en tout 32 pages et est divisé en deux cahiers que j'ai sauvés de la pourriture. Ce qui précède est une partie du dialogue de Phoenix et d'Ampélion; ce qui suit est rélatif au stile épistolaire."

(Moniteur du 5 Janvier 1844).

Quamquam fides hominis, ut statim apparebit, sublesta admodum est ac prope Simonidea, quamquam nemo umquam illum Codicem oculis suis usurpavit, tamen nulla est dubitatio quin Mynas veterem librum Ms. in quo illa quae dicit contineantur incertum quo loco repertum (nam in eo quoque sibi ipse non constat) ex illo itinere secum in Galliam attulerit. Satis mihi quidem de ea re constat et ex bona parte eorum, uae ex illo Codice edita sunt, quae ab ipso Philostrato in qibello περὶ Γυμναστικῆς scripta esse luce clarius est, et ex iis lipsis quae Mynas homo semidoctus de argumento libri retulit.

Ubi scribit: »Ce qui précède est une partie du dialogue de Phoenix et d'Ampélion," non vidit esse haec partem Philostrati Heroicorum, in quo libro mercator ex Phoenicia (Φοίνιξ) et vinitor (ἀμπελουργός) inter se confabulantur. Quod igitur in libro interlocutorum nomina de more detruncata Φοίν. et Ἀμπελ. passim apposita vidit, suspicatus est esse »un dialogue de Phoenix et d'Ampélion." Quod addit: »ce qui suit est rélatif au stile épistolaire" ea dicit quae leguntur Philostrati Epistolis subiecta apud Kayserum in parte II. p. 364: τὸν ἐπιστολικὸν χαρακτῆρα τοῦ λόγου κτέ.

Ubi igitur Philostrati libellum περὶ Γυμναστικῆς, quem omnes olim praeter tenues quasdam reliquias intercidisse opinabantur, insperato in lucem rediisse certa fide innotuit, ea res et alios vehementer commovit, sed ante omnes virum doctissimum C. Daremberg, medicum Graecarum Litterarum amantissimum, qui per quatuor annos nihil intentatum reliquit ut sibi illius libri cognoscendi fieret copia. Et Codicem quidem ipsum nullo umquam pacto nancisci potuit, sed quum summa ope instaret tandem nactus est apographum ipsius Mynae manu descriptum, unde nuper novum Philostrati libellum Graece cum versione Gallica propere edidit annotationes se mox daturum pollicitus [1]. Nempe quum eruditus Medicus in adornanda editione elaboraret, ecce repente ipse Mynas eundem librum emisit in lucem, qua re cognita Darembergo rumpere moras placuit et quod paratum esset statim evulgare.

Bonum factum, inquies, habebimus enim Philostrati novum libellum non unius sed duorum fide et cura et editum et expolitum. Alter apographum sequitur, alter ipsum Codicem quo certiore fide de antiquae scripturae auctoritate et veritate constabit. Sed, ut apud Thucydidem est, ἄρχεται ὁ πόλεμος ἐνθένδε ἤδη. Codex et apographum inter se pugnant et frontibus adversis concurrunt. Codicem ipsum nemo vidit: in apographo passim ex interpolatione incerta et ambigua scriptura est, de qua re interrogatus Mynas discrepantes et inter-

---

1) Philostrate Traité sur la Gymnastique Texte Grec accompagné d'une traduction en regard et de notes par Ch. Daremberg Bibliothécaire de la Bibliothèque Mazarine. Paris. Novembre 1858.

polatas scripturas ex diligenter repetita lectione autographi Codicis natas esse respondit. In ipsius Editione rursus novae scripturae comparent, quarum in apographo nec vola nec vestigium. Haec omnia cum pulvisculo doctus Medicus excussit et simul Graeculi sublestam fidem graviter perstringens et levitatem hominis salse deridens Philostratum se huius saeculi Criticis tradere scribit.

Haec igitur ego omnia quum forte in Philostrateis expoliendis nuper studium operamque collocavissem quam potui diligentissime excutere et explorare coepi. Itaque nunc re diu et multum perpensa quid compererim more meo *οὐδὲν ὑποϛειλάμενος* dicam et argumentis exemplisque confirmabo.

Minoides Mynas non is est, cui Codicis Graeci describendi atque edendi provincia recte mandari possit; neque enim satis Graece doctus est neque palaeographiae satis peritus ut ex libro qui situ et madore corruptus sit et (ut ipse loquitur) iam putrescat evanidis passim litterarum ductibus deletisque propemodum omnibus antiquae scripturae vestigiis veterem lectionem certa fide eruat. In ea re oculorum etiam intentissima acies nihil tibi proderit si acumine iudicii et accuratissima Graecitatis scientia sis destitutus. Vera scriptura, ut oculis cerni possit, prius critica *εὐϛοχίᾳ* excogitanda est: tum demum et ipse eam reapse in vetusto Codice scriptam esse videbis et alius quilibet admonitus eamdem clare et perspicue videbit pellucentem. Quicumque autem, ut ego Minoidem saepe comperi, lectiones probas et genuinas et *Graecas* denique a malesanis et vitiosis et barbaris discernere non potest, is melius a Graecis Codicibus abstinebit manus, nam fieri non potest quin passim det se ridicule et turpiter impingat et in errores se implicet tam foedos quam ioculares. Praeterea video Minoidem in palaeographica arte non satis exercitatum esse ut tachygraphorum notas et compendia certo iudicio dignoscat, et nonnumquam ex Codice illa afferentem quae exercitatis et eruditis oculis lecta simul formam mutabunt et ex caligine dabunt lucem. Haec veluti crimina mox argumentis et exemplis confirmaturus sum: sed restat aliud crimen longe omnium gravissimum. Minoides passim ubi in Codice corrupto et putrido nil nisi incertae et fugientes scripturae veteris la-

ciniae conspicerentur ausus est temeraria interpolatione id quod deesset ac funditus intercidisse videretur supplere de suo ac nobis pro Philostrateis ea quae ipse admodum infeliciter commentus esset obtrudere. Sed fraus manifesta est et multis locis perpluit. Paucissimorum est orationem Graecam veterem, nisi quis centones ex ipsis Graecis consuere velit, sic imitari ut non statim ab iis qui Graece sciant et veterem loquendi consuetudinem longo usu cognitam perspectamque habeant multis indiciis deprehendantur. Quid est ineptius illis qui se carmina Graeca pangere existimant quum verba Graeca cuiuslibet aetatis contexunt neque formarum neque notionum neque compositionis proprietatem observantes sed ubique miscentes quadrata rotundis? In Minoide facillimum negotium est genuina et antiqua a suppositis et commenticiis secernere. Adeo est antiquae Graecitatis ignarus et monstra atque portenta loquitur et sensu vacua et absurda effundit ut statim sentias te ἐν βορβόρῳ βαρβαρικῷ haerere. Demonstrabo haec statim in locis singulis, ubi hanc labem grassatam esse deprehendi. Equidem igitur nihil miror Codicem ab illo sedulo occultari, hoc potius miror quo pacto ista fallacia doctum Medicum ita fugerit ut illa omnia serio potuerit interpretari ac Gallice vertere quibus nec caput nec pes constat, quae neque Graeca sunt et prorsus sunt sensu vacua et, ut in proverbio est, nec coelum nec terram tangunt. Scilicet non satis est linguam Graecam et Graecas litteras amare: longo et improbo labore opus est et acri indefessoque studio et diuturna scriptorum Graecorum lectione et meditatione ut illam interiorem sermonis Graeci intelligentiam consequaris, sine qua nemo in hoc genere studiorum operae pretium facere possit. In his praesertim rebus, ut est apud Demosthenem, τὰ κάτω ἰσχυρότατα εἶναι δεῖ, et nisi grammaticae artis firmissima fundamenta mature ieceris quidquid posthac superstruxeris brevi corruet. Notum est hodie omnibus quam inanis et futilis sit in Gallia rei Grammaticae doctrina qua discendi studiosa iuventus impertiatur. Quam indoctum et caecum ducem aut ultro aut inviti sequantur Dubnerus luculentissime omnium ita demonstravit ut nemo τῶν ἐπαΐόντων τούτου πέρι obloqui aut contra hiscere audeat. Quantam pestem ea res solidis philologiae

studiis in Gallia attulerit afferatque et aliunde abunde constare inter eruditos sat scio et monstrat haec nova libelli Philostratei editio. Taedet pigetque acutam hercle et ingeniosam gentem et unam omnium venustissimam et elegantissimam in his potissimum studiis *ἀσχημονεῖν*, in quibus acumen et ingenium, venustas et elegantia prae reliquis omnibus exsplendescant. Doleo lepidorum hominum vicem, qui quia a solida grammatica eruditione sunt imparatiores absurdissima quaeque devorare et concoquere, sensu vacuis nitendo aliquem colorem reperire, obtundere sibi sanam rationem et iudicio suo vim inferre coguntur. Subirascor ubi linguam Gallicam tam lucidam et perspicuam et sanam, ut citius quam caeterae quidquid sit absonum et male cogitatum arguat respuatque, video per vim accommodari referendis nugis et deliramentis, quae antiqui scriptoris temerarius interpolator viris caetera eruditis nil mali suspicantibus pro genuinis Antiquitatis monumentis venditaverit.

Sed tempus est, ne nonnullis aut acrius reprehendere aut de magnis maiora loqui videar, ut haec omnia exemplis quibusdam demonstrem et vincam. Delibabo primum locos quosdam meo arbitratu deinde reliqua ordine deinceps recognoscam.

In libelli initio pag. 4. Edit. Daremb. Philostratus gymnasticae artis tres veluti aetates constituit his verbis: *ἡ μὲν γὰρ πάλαι γυμναστικὴ Μίλωνας ἐποίει καὶ Ἱπποσθένεις, Πουλυδάμαντάς τε καὶ Προμάχους καὶ Γλαῦκον τὸν Δημύλου*, quibus non admodum diligenter fabulosae aetatis athletas adnumerat »*Peleum et Theseum et ipsum Herculem.*" Nam est aliquid inter illorum aetatem et Milonis et Polydamantis cum Promacho et Glauci Carystii. Secunda aetas *ἡ ἐπὶ τῶν πατέρων*, inquit, *ἥττους μὲν οἷδε θαυμασίους δὲ καὶ μεμνῆσθαι ἀξίους*. Sequitur tertia et novissima aetas, de qua ita scribit: *ἡ δὲ νῦν καθεστηκυῖα μεταβέβληκεν οὕτω τὰ τῶν ἀθλητῶν ὡς καὶ τοῖς φιλογυμναστοῦσι τοὺς πολλοὺς ἔχθεσθαι*, quae Interpres ita reddidit: »mais la gymnastique actuelle a tellement changé les habitudes des athlètes, *qu' ils sont, pour la plupart, pris en aversion par les vrais amateurs des exercices gymnastiques.*" Videntur haec satis bene decurrere: sed neque *οἱ φιλογυμνα-*

ϛοῦντες sunt *»les* vrais *amateurs des exercices gymnastiques"* neque ullum discrimen est inter *οἱ ἀθληταί* et *οἱ φιλογυμναϛοῦντες*. Plane iidem sunt et utroque nomine promiscue appellantur. Risum movet igitur quum dicuntur *οἱ φιλογυμναϛοῦντες* odisse *τοὺς ἀθλητάς* ob corruptam disciplinam veterem. Namque et iidem sunt, et etiamsi diversi fuissent (id quod non est), *οἱ φιλογυμναϛοῦντες, les vrais amateurs des exercices gymnastiques*, servassent veterem disciplinam, cuius corruptores *τοὺς ἀθλητάς* odio persequebantur. Una litterula oscitanter lecta perdidit omnia. Non cogitavit Mynas *ἔχθομαι* verbum esse prorsus a Philostrati aetate et usu alienum. Si quis volet Codicem accurate inspicere, credo, scriptum esse videbit: *ὡς καὶ τοῖς φιλογυμναϛοῦσι τοὺς πολλοὺς ἄχθεσθαι*, quod et loquendi usus et loci sententia requirunt. Scribuntur autem a tachygraphis *αχ* et *εχ*, quemadmodum etiam *αγ* et *εγ*, illa forma ut ab oculis ineruditis discerni nequeant. Sic passim *ἐγείρω* et *ἀγείρω* confunduntur, sic permiscentur inter se *ἄχθος* et *ἔχθος* contra loci sententiam, ut in Hesiodi versu apud Athen. p. 428 C.

οἷα Διώνυσος δῶκ' ἀνδράσι χάρμα καὶ ἔχθος.

cui *ἄχθος* reddidit Ruhnken. Epist. Crit. p. 115. Male retinuit Bergkius in Aristophanis Lysistr. 1311. ineptum *ἀγκονιῶαι*: *ἐγκονεῖν* quid sit scimus omnes, *ἀγκονεῖν* eiusdem farinae est atque *ἔχθεσθαι* apud Philostratum. Subiiciet haec oculis fidelibus Bastius in Comment. Palaeogr. p. 744. Ergo confidenter rescribes: *ὡς καὶ τοῖς φιλογυμναϛοῦσι τοὺς πολλοὺς ἄχθεσθαι*. Athletas igitur, quos olim philosophi oderant, ut Euripides:

κακῶν γὰρ ὄντων μυρίων καθ' Ἑλλάδα
οὐδὲν κάκιόν ἐϛιν ἀθλητῶν γένους κτἑ.

(quae vide apud Galenum in Protrept. p. 32. Will. et Athenaeum p. 413.), quos oderant Hippocrates et medici (vid. Willet. ad Galeni Protrept. p. 104), quos milites oderant (vid. Curtium IX. 7. ubi athletam appellant milites *saginati corporis inutilem belluam*), Philostrati aetate etiam vulgus hominum ferre non poterat, *καὶ οἱ πολλοὶ τοῖς φιλογυμναϛοῦσιν ἤχθοντο*.

Admonet me vocabulum Homericum *ἔχθεσθαι* per errorem

Philostrato a Myna attributum alterius loci ubi eidem culpae affinis est Editor. Legitur p. 72: *Τίσανδρον δὲ τὸν ἐκ τῆς Νάξου πύκτην περὶ τὰ ἀκρωτήρια τῆς νήσου ναίοντα παρέπεμπον αἱ χεῖρες ἐπὶ πολὺ τῆς θαλάττης*, quae ut vidi statim intellexi *νέοντα* esse scribendum, id est *νηχόμενον natantem* circa promontoria Naxi. Scribarum flagitium esse putabam, qualia sexcenta committere solent *campum παιδίον* appellantes, et *misericordiam*, *ἔλαιον* et plurima alia eiusdemmodi in libris omnibus. Fallebar: *νέοντα* est in Codice et in apographo; *ναίοντα ex emendatione* Editoris substitutum est, qui locum sic vertit: »Le pugile Tisandre, de Naxos, qui *habitait* près d'un promontoire de cette île." Quam suaviter riderent Galli mortalium facundissimi si quis in Gallica oratione diversissimae aetatis vocabula sic permisceret, et quam plumbeum eum esse in lingua et litteris suis iure existimarent. Fuit in Gallia pereruditus vir et disertissimus, qui Menandrum *ἄνθρωπος πέλω* induxit dicentem. Idem tamen dictionem Pindaricam cum Aeschylea facundissime composuit: sed mirum non est viros in hunc modum confundere omnia, quum sint in iuvenili institutione omnia tam mirifice confusa. Sic non animadvertunt *περὶ τὰ ἀκρωτήρια τῆς νήσου* esse non posse: »près *d'un promontoire* de cette île," nam simul sensissent fieri non potuisse ut Tisander circa Naxi *promontoria* habitaret. Quamquam et illud ipsum *περὶ ἀκρωτήριον οἰκεῖν* ioculare est, si quis hoc agit et cogitat quo sensu *περί* in tali re dicatur, namque nihil minus significat quam »*près* d'un promontoire." Ubi autem Editor *νέοντα* in *ναίοντα* mutavit, eadem opera loci sententiam plane pessumdedit. Philostratus narraverat Veteres nil in athletis spectasse praeter robur: *ἡ παλαιὰ (γυμναστική) οὐδ' ἐγίγνωσκε κρᾶσιν ἀλλὰ μόνην τὴν ἰσχύν*, nam sic legendum arbitror deleto *ἐγύμναζε*, quod ex sequenti vocabulo *ἐγυμνάζοντο* perperam est ab Editore repetitum. Deinde ita pergit: *ἐγυμνάζοντο δὲ οἱ μὲν ἄχθη φέροντες οὐκ εὔφορα κτἑ.* (nam resecandum est *οἱ παλαιοί* ab Editore de suo inutiliter ante *οἱ μέν* insertum) et narrat quibus modis Polymestor, Polydamas aliique veteres corpus exercuerint. Tum Tisandrum narrare incipit *circa Naxi promontoria natare* solitum eo manuum et corporis exercitio usum esse. Itaque qui ex his *natandi* ver-

bum eximit eadem opera adimit loco lucem eumque plane excaecat. Audi nunc interpretem: »Le pugile Tisandre, de Naxos, qui habitait près d'un promontoire de cette île, *se penchait fortement en avant sur la mer*, étendant les bras, qui de cette manière, s'exerçaient eux-mêmes et exerçaient le corps." quae capiat qui capere potest.

Pausanias, qui Philostratum et eruditione et iudicio et diligentia multis parasangis superat, Sophistae errorem redarguit, qui athletam Naxo veteri Siciliae oppido oriundum veluti in coloniam in Aegaei maris insulam cognominem deduxit. Pausaniae locus est in libro VI. cap. 13. § 8: *Νάξου δὲ οἰκισθείσης ποτὲ ἐν Σικελίᾳ ὑπὸ Χαλκιδέων τῆς πόλεως μὲν οὐδὲ ἐρείπια ἐλείπετο ἐς ἡμᾶς ἔτι, ὄνομα δὲ καὶ ἐς τὸ ἔπειτα εἶναι τῆς Νάξου Τίσανδρος ὁ Κλεοκρίτου μάλιστα αἰτίαν ἐχέτω. Τετράκις γὰρ δὴ ἐν ἀνδράσι κατεμαχέσατο ὁ Τίσανδρος πύκτας ἐν Ὀλυμπίᾳ, τοσαῦται δὲ καὶ Πυθοῖ γεγόνασιν αὐτῷ νῖκαι.* Cavendum igitur est ne Naxo et Chalcidensibus hanc laudem Philostratus eripiat. Sed haec obiter: transeo ad alium locum.

Notum est Graece passim dici solere *Ὀλύμπια νικᾶν*, notus est Ennianus »fortis equus spatio qui saepe supremo *vicit Olympia*." Sat saepe eodem sensu dicitur *νικᾶν ἐν Ὀλυμπίᾳ* aut *Ὀλυμπίασιν*, nisi quod scribae *ὀλυμπιάσι* dare solent, quod nihili est. Si quid novo Philostrati Codici vel Editoribus credemus, etiam *εἰς Ὀλύμπια νικᾶν* et *νικᾶν Ὀλυμπίαζε* Graece dici posse existimandum erit. Legitur enim p. 92: *οἱ δὲ ἀσπαζόμενοι τὰς τετράδας τί χρήσονται αὐταῖς ἐς Ὀλύμπια νικῶντες*; et pag. 54: *οὐκ ἀπαξιοῖ τί σε, ἔφη, τῶν ἑαυτῆς παιδικῶν νικῶντα Ὀλυμπίαζε.* Sed, quod cum bona pace Codicum omnium et Editorum dictum esto, utrumque absurdum est, et in re grammatica quidem et critica id quod fieri non potest non est opus credere factum esse umquam, etiamsi sexcenti testes scripti aut editi ita esse deierent. Et prior quidem testis nullo negotio destrui potest et manifestae fraudis argui. Nempe *νικᾶν εἰς Ὀλύμπια* ab eo dicuntur non qui *vicerunt* sed qui *volunt vincere*, si fides Interpreti: »Ceux qui s'attachent aux tétrades, qu'en feront-ils *s'ils veulent vaincre à Olympie?*" Est aliquid, opinor, inter *victoriam* et *vincendi*

cupiditatem, nec possunt duae res tam diversae uno eodemque modo appellari. Sed quid multa verba perdam in re manifesta? Si cui umquam Codicis inspiciendi dabitur copia, hanc, credo, lectionem reperturus est: *τί χρήσονται αὐταῖς ἐς Ὀλυμπίαν ἥκοντες.* Mynas in scriptura expallescente ac fugiente non recte oculis usus esse videtur. Sed multo peius graviusque in altero loco deliquit. Describam locum, quia admodum lepida res est lepideque a Sophista narratur. *Προμάχου δὲ τοῦ ἐκ Πέλλης ξυνίει μὲν ὁ γυμναστὴς ἐρῶντος, ἀγχοῦ δὲ Ὀλυμπίων ὄντων· Ὦ Πρόμαχε, εἶπε, δοκεῖς μοι ἐρᾶν. ὡς δ' εἶδεν ἐρυθριῶντα· Ἀλλ' οὐκ ἐλέγξων, ἔφη, ταῦτ' ἠρόμην, ξυλληψόμενος δέ σοι τοῦ ἔρωτος. καὶ γὰρ ἂν καὶ διαλεχθείην ὑπὲρ σοῦ τῷ γυναίῳ. καὶ διαλεχθεὶς οὐδὲν ἀφίκετο πρὸς τὸν ἀθλητὴν ἀπάγων λόγον οὐκ ἀληθῆ μὲν πλείσου δὲ ἄξιον τῷ ἐρῶντι.* Retulit enim mulierculam illius amorem non aspernari, si Olympia vicisset. *καὶ ὁ Πρόμαχος ἀναπνεύσας ἐφ' ὧν ἤκουσεν οὐκ ἐνίκα μόνον ἀλλὰ καὶ Πολυδάμαντα τὸν Σκοτουσσαῖον μετὰ τοὺς λέοντας, οὓς ὁ Πολυδάμας ἠρήκει παρ' Ὤχῳ τῷ Πέρσῃ.* Haec omnia quae Graece descripsimus commode decurrunt et praeter quaedam tenuiora emendatissima sunt, nisi quod Graecitatis ratio et usus postulant *ἀναπνεύσας ἀφ' ὧν ἤκουσεν*, non *ἐφ' ὧν.* Graviter tamen in his impegit Interpres quum verteret: »Lorsqu'ils etaient déjà près d'Olympie, le gymnaste lui dit" etc. quasi vero haec in itinere collocuti essent. Namque ubi tandem habitasse putes eam quam Promachus deperibat? Oboluit aliquid ipsi Interpreti nam post pauca locum sic interpolavit: »bien qu'il ne se fût pas entretenu avec elle [*à quelque temps de là*] il revint" etc. Sed ne sic quidem te expedies. *Ἀγχοῦ δὲ Ὀλυμπίων ὄντων*, quod est: *quum ludi Olympici instarent*, aliud agens accepit quasi *ἀγχοῦ δὲ Ὀλυμπίας ὄντων* scriptum fuisset. Pellae haec acta sunt, ubi degebant Promachi amores. Reliqua igitur perspicua sunt praeter ea quae puella respondisse fingitur, quorum haec forma est et in Codice et in apographo: *οὐκ ἀπαξιοῖ τί σε, ἔφη, τῶν ἑαυτῆς παιδικῶν νικῶντα Ὀλυμπίαζε.* Editor dubitanter *εἶναι* interposuit de suo et verba: *οὐκ ἀπαξιοῖ τί σε εἶναι τῶν ἑαυτῆς παιδικῶν* sic convertit: » Ta maitresse *ne te trouvera pas indigne de figurer parmi ses adorateurs*, si tu triomphes à

Olympie." Quam inepte hodie in tali re plerique loqui solemus! Quam fatuum est, quaeso, *pas indigne de figurer parmi ses adorateurs!* Sed assueti his dudum sumus et consuetudo iam vertit in naturam. Quam diversa ab hoc verborum tinnitu Graeca est simplicitas: διαλέξομαι ὑπὲρ σοῦ τῷ γυναίῳ. Sed adspice mihi Graeca quibus illa respondere putantur. Num tu credis, quisquis haec legis, *figurer parmi ses adorateurs* Graece sonare posse εἶναι τῶν ἑαυτῆς παιδικῶν? Putasne illam habuisse amatorum *gregem*, et Promacho polliceri, si Olympia vicerit, illum quoque in eo numero futurum? Non erat operae pretium, ut Homeri verbis utar,

τοιῇδ' ἀμφὶ γυναικὶ πολὺν χρόνον ἄλγεα πάσχειν.

sed, quod gravissimum est, estne haec Graeca oratio? Num εἶναι τῶν φίλων est *esse in amicorum numero?* Num παιδικὰ eo sensu poni posse putas aut umquam a quoquam positum esse? Sat facile est scire in frequentissimo omnium Graecorum usu quid significet τὰ παιδικά. Eruditissima in hanc rem exstat antiqui Grammatici annotatio excerpta ex aliqua Πλάτωνος λέξει apud Photium v. Παιδικά. Recte ille: ‚ ἐπὶ θηλειῶν καὶ ἀρρένων ἐρωμένων τάττεται ἡ λέξις, qua re quid notius praesertim ἐπὶ τῶν ἀρρένων ἐρωμένων? Etiam *amicas* ita dici ex antiquis Comicis accurate Grammaticus idem demonstravit. Sed Promachus, credo, non ἐρώμενος esse volebat sed ἐραστής. Praeterea quis sine risu audiat dici mulierculam sua sibi παιδικὰ habere, et in his aut esse aut fore unum omnium athletarum validissimum robustissimumque? Sed quid plura? Non sunt haec Philostrati verba, sed misella Minoidae supplementa in loco lacero aut madore vel putredine exeso, ubi quum evanidam scripturam expedire nullo pacto posset neque ex tenuissimis veteris lectionis laciniis quidquam sani elicere, de suo commentus est aliquid et sua figmenta, quibus nec caput nec pes constat, nobis ausus est pro puris putis Philostrateis venditare. Si ea fallacia raro tantum et caute usus esset, si paulo melius Graece loquentium usum tenuisset, poterat fortasse fraus multos semper et doctiores diutius fugere. Nunc contra est: passim eodem modo antiqui Codicis reliquias interpolavit et in antiquae Graecitatis ratione et usu tam plumbeus est ut nequeat τρί' εἰπεῖν ῥήματα πρὶν

ἐξαμαρτεῖν, estque in nonnullis tam manifesta fraus ut difficile sit risum continere. Vehementer miror quo pacto Editori nihil horum oboluerit, qui vel in absurdissimis colorem aliquem reperire satagit quo illas ineptias tegat, leniat, excuset. Saepius Graecis Gallica plane diversa opponit et omnibus modis laborantibus ac ruentibus opitulatur. Nonnumquam Minoides, qui ὅτ, τι κεν ἐπ' ἀκαιρίμαν γλῶσσαν ἔλθῃ supplere solet, Gallicam loquendi consuetudinem antiquae Graecae imperite et iiculariter substituit. Quod Galli in re amatoria et adulatoria appellant *adorer* Graece θαυμάζειν dicitur, scitissime ut nihil supra. Quid diceres si quis pro θαυμάζειν vellet προσκυνεῖν supponere? Rideres hominem et insanire putares. Risimus Simonidem quum κατὰ τὴν ἐμὴν ἰδέαν magna cum gravitate dixisset. Risi hominem, qui quum Graece vellet dicere id quod proverbio Gallico dici solet ita dixit: τὸ βέλτιον πολέμιόν ἐςι τῷ ἀγαθῷ, quod ne Aristarchus quidem ullo modo intelligere et interpretari potuisset. Verte Gallice et erit luce clarius. Homo Gallus Athenis in saxo insculpendum curavit: ἡ Γαλλία — τῆς ἀκροπόλεως — τὴν ἀνάβασιν — ἐξεκάλυψεν. Sic Hannibalem Graece locutum esse aiunt, non optime quidem sed tamen ut intelligi posset. Sed Atheniensium nemo, veterum dico, exputare potuisset quae esset τῆς ἀκροπόλεως ἡ ἀνάβασις et quid esset τὴν ἀνάβασιν ἐκκαλύπτειν. Haec igitur omnia statim νεωτερικά esse ab unoquoque intelliguntur: quibus si similia apud Philostratum deprehendentur, tenebimus impostorem ac falsarium manifestum. Itaque equidem dudum mirari desii quamobrem Codex Philostrati Ms. non sit prolatus in hominum doctorum notitiam: ac me iudice cur Mynas occultet librum nemini potest esse occultum. Ex omnibus unum delibabo primum in quo magna me spes tenet fore ut mihi omnes ex animi sententia assentiantur.

Legitur p. 78. in ludis Graecorum foeda et flagitiosa fieri solere: palmam venalem esse: laudem ac gloriam alios vendere, alios emere. A solis ludis Olympicis illam infamiam abesse: Ἠλείοις, inquit, ὁ κότινος ἄσυλος μένει κατὰ τὴν παλαιὰν δόξαν. Tum postquam commemoravit turpissimum facinus in Isthmo commissum in totius Graeciae oculis, exclamat: τί μὲν οὐκ ἂν ἐν Ἰωνίᾳ, τί δ' οὐκ ἂν ἐν Ὀλυμπίᾳ γένοιτο

ἐπ' αἰσχύνῃ αἰῶνος; Atqui modo dixerat Olympiae nihil huiusmodi fieri solere. Sed non hoc nunc urgeo, verum id quod additur ἐπ' αἰσχύνῃ αἰῶνος. Quid hoc, quaeso, est? Quomodo haec verba componi possunt? Scilicet haec sunt, ut Galli iocantur:

deux mots fort étonnés de se trouver ensemble.

Num αἰών, id est ὁ ἀεὶ χρόνος, αἰσχύνεται? Num καταισχύνεται? Non sic te expedies. Quomodo igitur? Verte Gallice et habebis locutionis et sensum et originem. Interpres: »Que ne se passerait il donc pas en Ionie — *à la honte du siècle?*" Hoc quid sit intelligimus et Latine quoque sic loquuntur omnes, ut res flagitiosa ac turpis *saeculi dedecus* esse dicatur, quae omnibus qui illo saeculo, illa aetate vixerint dedecus et infamiam adspersisse dicatur. Sed Graece sic poni posse αἰών, et ἐπ' αἰσχύνῃ αἰῶνος vel τοῦ αἰῶνος aliquid accidisse dici nemo vel mediocriter Graece doctus in animum inducet ut credat. Qui hoc concoquere poterit etiam Simonideum κατὰ τὴν ἐμὴν ἰδέαν *ferri posse* putabit. Verba ἐν Ὀλυμπίᾳ ἐπ' αἰσχύνῃ αἰῶνος Mynas de suo dedit. Eodem modo in eo loco, unde orsi sumus, verba οὐκ ἀπαξιοῖ τί σε, ἔφη, τῶν ἑαυτῆς παιδικῶν νικῶντα Ὀλυμπίαζε non Philostrato maximam partem sed Mynae debentur. Quid sit in his genuinum et quomodo ex illis ipsa Sophistae manus reconcinnari possit, is dicet qui Codicem aliquando eruditis oculis perscrutabitur. Hoc solum in illa caligine dispicio τι expungendum esse et utique νικῶντα Ὀλύμπια reponendum. Graeca esset oratio sic conformata: οὐκ ἀπαξιοῖ σε ἐραστήν, ἔφη, νικῶντα Ὀλύμπια. Sed nihil quod satis certum sit in talibus definiri potest absque autographo Codice. Valet in his quoque Archimedeum illud: Δός μοι ποῦ στῶ.

Redeo nunc ad illos locos, ubi Codicis lectionem indiligenter et imperite descriptam esse suspicor. Bis Mynas verbum στέφειν intulit ubi ἐκ τῶν συμφραζομένων vera scriptura nullo negotio quicumque hoc aget feliciter eruet, eademque, ut suspicor, e Codice, si quando inspicietur, sine mendo prodibit. Legitur p. 84: οὓς δ' ἂν στέφοι ἀγωνία λεπτὰ μὲν τούτοις ὑπωπία, λεπτὴ δὲ πήδησις καρδίας κτἑ. Interpres nil suspicatur mali et ita vertit: »Ceux qui sont *pour ainsi dire* cou-

ronnés par l'anxiété ont le dessous des yeux amaigri etc." Adeste omnes qui bonos scriptores explicandos potius quam contra fidem veterum membranarum emendandos censetis, ecquid placet illa interpretatio? Agnoscitis vestrum *ut ita dicam*, *veluti*, *quasi*, *tamquam*, quibus contortas et confragosas interpretationes fulcire soletis. Sed haec quidem nemo feret, credo, aut eius capiti non *angor* (quod fieri non potest) sed *cucullus* imponetur. Adhibe semel dubitandi salubritatem et veram lectionem, mihi crede, reperturus es. Mendosum est ϛέφοι. Quale verbum requiritur? Non *coronat*, sed *angit*, *torquet*, *cruciat*. Nihilne etiam reperis? Recordare eorum quae ex Ennio tam lepide Cicero in rem suam convertit:

O Tite, si quid ego adiûro curamque levasso,
quae nunc te coquit et *versat* sub pectore fixa.

Ecce emicat vera lectio οὓς δ' ἂν ϛρέφοι ἀγωνία. Hoc demum Graecum et sanum est. Proprie et exquisite dolor et angor ϛρέφειν τινὰ dicuntur. Aristophanes in Pluto vs. 1131:

ὀδύνη σε περὶ τὰ σπλάγχν' ἔοικέ τις ϛρέφειν.

In Pace vs. 175:

ἤδη ϛροφεῖ τι πνεῦμα περὶ τὸν ὀμφαλόν.

admonuimus alibi pro barbara forma ϛροφεῖ Graecam ϛρέφει rescribi oportere. Sed quid plura accumulem? Quin verum sit ϛρέφοι eorum quidem qui Graece sciant dubitaturum confido neminem, sed ne in Codice quidem mendosum ϛέφοι exstare arbitror. Alio modo veteres scribae, alio imperiti temporum nostrorum descriptores impingere solent. Mendum quod notavimus est τῶν νεωτερικῶν. Securus exspecto doctum testem qui Codicem ipsum denuo excusserit.

Alter locus, in quem Mynas verbum ϛέφειν oscitanter invexit, legitur p. 76. Ordiar paulo altius ut eadem opera maculas quasdam eluam. Narrat Philostratus athletarum utpote deliciis diffluentium mores pessime esse corruptos. Alios in Venerem pronos esse, alios palmas aut vendere aut emere. τὸ δὲ οὕτω τρυφᾶν, inquit, δριμὺ μὲν καὶ εἰς ἀφροδισίων ὁρμήν, ἦρξε δὲ ἀθληταῖς καὶ τὸ τῆς ὑπὲρ χρημάτων παρανομίας καὶ τὸ πωλεῖν τε καὶ ὠνεῖσθαι τὰς νίκας. Οἱ μὲν γὰρ καὶ ἀποδίδονται τὴν αὑτῶν εὔκλειαν, διά, οἶμαι, τὸ πολλῶν δεῖσθαι, οἱ δὲ ὠνοῦνται τὸ μὴ ξὺν πόνῳ νικᾶν. Eleganter et venuste haec scripta

sunt, sed hanc elegantiam maculae quaedam obscurant. Quid sibi vult *τό* in [*τὸ*] *τῆς ὑπὲρ χρημάτων παρανομίας?* Interpres ita accepit quasi esset pro *ἤρξαντο δὲ ἀθληταὶ καὶ ὑπὲρ χρημάτων παρανομεῖν* »les athlètes commencent aussi à violer les lois qui regardent l'argent," quas leges nullas umquam fuisse facile mihi dabis. Pendet *τῆς ὑπὲρ χρημάτων παρανομίας* a verbis *τὸ οὕτω τρυφᾶν ἦρξεν ἀθληταῖς.* Luxuria rectissime athletis *causa* fuisse dicitur cur accepta pecunia leges violare coepissent. In iis quae sequuntur eadem causa redditur cur victorias et venderent et emerent. Itaque scribendum: *ἦρξεν ἀθληταῖς — καὶ τοῦ* (non *τὸ*) *πωλεῖν τε καὶ ὠνεῖσθαι τὰς νίκας.* Res vel ex se ipsa spectata satis est perspicua, sed omnem dubitationem eximet ipsa loci compositio: *δριμὺ μὲν —, ἦρξε δὲ καὶ — καί*, quae clamat haec omnia ad *τὸ οὕτω τρυφᾶν* referri. Sed quid ego haec disputo? Testem habemus locupletem et incorruptum, cuius auctoritate tuto stari poterit. Legitur is ipse' locus in Monacensi Codice, unde fragmenta libri *περὶ Γυμναστικῆς* Kayserus edidit. Emendate in eo libro scriptum est *ἦρξε δὲ ἀθληταῖς καὶ τῆς — καὶ τοῦ πωλεῖν.* Recte idem *εἰς ἀφροδισίων ὁ ρ μ ά ς* servavit pro *ὁρμήν*, et absurdam copulam omittit in sqq. *οἱ μὲν γὰρ* [*καὶ*] *ἀποδίδονται*, quam absque eo fuisset unusquisque expungendam esse poterat sentire. Editor, mirum dictu, veras lectiones e Kaysero excitavit sed

οἴνου παρόντος ὄξος ἠράσθη λαβεῖν.

Quam vellem in eodem Codice exstarent ea quoque quae continuo sequuntur, quaeque mihi quidem Minoidea magis quam Philostratea esse videntur. En locum: *καὶ ἀργυροῦν μὲν ἢ χρυσοῦν περισπῶντι ἀνάθημα ἢ διαφθείροντι ὀργὴν οἱ νόμοι, ὡς ἐν ἱεροσυλίαις ὄντος* [*ποιοῦσι*], *στέφουσι δὲ Ἀπόλλωνος ἢ Ποσειδῶνος, ὑπὲρ οὗ καὶ αὐτοί τε οἱ θεοὶ μέγα ἤθλησαν. Ἄδεια μὲν ἀποδίδοσθαι, ἄδεια δὲ ὠνεῖσθαι.* Locum a Myna interpolatum esse et temere suppletum multa demonstrant. Dederat primum *περισπῶντι ἄγαλμα*, substituit postea *περισπῶντι ἀνάθημα.* Deinde in apographo scripsit: *ὀργὴν οἱ νόμοι ὡς ἐν ἱεροσυλίαις ὄντος . . στέφουσι δὲ Ἀπόλλωνος*, sed ipse tamquam ex Codice edidit: *ὀργὴν οἱ νόμοι οἱ περὶ ἀναθημάτων· καὶ ἐν ἱεροσυλίαις ὄντες ἐπάγουσι στέφανον δὲ Ἀπόλλωνος.* Editor *ποιοῦσι* de suo inseruit cum hac annotatione: »Le contexte réclame absolument

un verbe. J'ai choisi, conformément aux exemples donnés par le *Trésor* v. 'Ὀργή.'' Ridebantur apud veteres illi qui artem imperatoriam non ex diuturno belli usu sed ex Tacticorum commentariis subito colligebant quum repente ex vita urbana et forensi rem militarem attigissent et ϛρατηγοὶ ἐκ βιβλίου appellabantur, qualis fuit imperator Cicero. Similiter qui in re Critica ex aliquo Glossario aut Thesauro sapit non solet rem bene gerere. Quid tandem sibi vult in tali re ὀργὴν ποιεῖν, quod significat iram *movere*, *concitare*? Nisi forte confudit Editor ὀργὴν ποιεῖν et ὀργὴν ποιεῖσθαι, id est ὀργίζεσθαι, quae est pervulgata periphrasis, ut in Novis Lectionibus copiose ostendimus. Vertit enim: »Les lois *ménacent de leur colère*, comme sacrilège, celui qui vole ou qui gâte un objet d'or ou d'argent consacré aux dieux.'' Nihil horum ex Graecis verbis exsculpi posse apertum est. Mynae inventum ὀργὴν οἱ νόμοι — ἐπάγουσιν etiam infelicius deteriusque est, nam ποιεῖν ὀργήν Graecum est, ὀργὴν ἐπάγειν non est. Praeterea quid est ἐν ἱεροσυλίαις ὤν? Interpreti videtur idem esse atque ἱερόσυλος ὤν, quod quis probabit? Quod excogitavit Mynas οἱ νόμοι οἱ περὶ ἀναθημάτων καὶ ἐν ἱεροσυλίαις ὄντες nihili commentum esse et sensu plane vacuum perspicuum est. Hoc certe nunc evidens et manifestum est *alterutram* loci scripturam fraudulenter esse suppositam. Vix opus est dicere mihi utramque commenticiam esse videri. Quid in Codice exaratum sit aut olim fuerit nemo divinando assequetur. Quid sententia loci et compositio aut ferat aut requirat mox dicam postquam reliquam loci partem emendavero, namque haec quidem emendari potest. Mendosum est ϛέφουσι: quid in eo lateat reperies ubi ea coniunxeris quae Editor male distinguendo obscuravit. Uno tenore continuanda sunt (ϛέφουσι) δὲ Ἀπόλλωνος ἢ Ποσειδῶνος, ὑπὲρ οὗ καὶ αὐτοί τε οἱ θεοὶ μέγα ἤθλησαν, ἄδεια μὲν ἀποδίδοσθαι, ἄδεια δὲ ὠνεῖσθαι. Perspicuum sic est pro ϛέφουσι requiri *nomen*, quod verborum ἀποδίδοσθαι et ὠνεῖσθαι sit obiectum et quo ὑπὲρ οὗ referatur. Quod quum mihi dederis, non diu quaeres quod nomen sit reponendum. Quid erat quod impune vendebant emebantque et de quo ipsi Dii magno opere contendisse dicuntur? Nempe palma nobilis, ὁ ϛέφανος. Repone igitur: ϛ έ φ α ν ο ν δὲ, ὑπὲρ οὗ καὶ αὐτοὶ

οἱ θεοὶ μέγα ἤθλησαν, ἄδεια μὲν ἀποδίδοσθαι, ἄδεια δὲ ὠνεῖσθαι, quod quum ex ipso sententiae fundo eruissem, vidi illud ipsum *ϛέφανον δέ* pro *ϛέφουσι δέ* a Myna tamquam ex ipso Codice editum esse. Fieri potest ut *ϛέφανον* ex repetita Codicis lectione tandem a Myna fuerit agnitum, fieri quoque potest ut illud eodem modo atque ego ex ipsa loci sententia expiscatus fuerit: sed quidquid huius rei est, hoc quidem apparet *ϛέφουσι*, quod in apographo legitur, a Myna non in Codice lectum sed pro scriptura quam expedire non posset temere interpolatum esse. Nunc igitur constituta firmiter posteriore sententiae parte experiri iuvat quid in priore commode suppleri possit. Quid dicere voluerit Philostratus apertum est: quibus id verbis significaverit divinare nisi Codicis ope adiutus nemo poterit. Quid potuerit recte dicere id certe constitui potest. Nihil reprehendas in huiusmodi compositione: *καὶ ἀργυροῦν μὲν ἢ χρυσοῦν περισπῶντι ἀνάθημα ἢ διαφθείροντι* [*θάνατον τὴν ζημίαν οἱ νόμοι προαγορεύουσι*] vel [*τὴν ἐσχάτην τιμωρίαν οἱ νόμοι ἐπιτιθέασι*] vel [*τὴν ἐσχάτην οἱ νόμοι τάττουσι τιμωρίαν*] vel [*θάνατον οἱ νόμοι τάττουσι τὴν ζημίαν*], (quae omnia crebro apud Oratores in tali re usurpantur), *ϛέφανον δὲ Ἀπόλλωνος — ἄδεια μὲν ἀποδίδοσθαι, ἄδεια δὲ ὠνεῖσθαι. Si quis donarium surripuerit vel corruperit capital est*, inquit, *Apollinis vel Neptuni coronam impune vendere, impune emere licet.*

Quae continuo adduntur non minus sunt inquinata et interpolata. *Ἠλείοις ὁ κότινος ἄσυλος μένει*, inquit, *οἱ δὲ ἄλλοι τῶν ἀγώνων ὅπερ ὧδε*. Nihili est *ὅπερ ὧδε*. Editor substituit *οὔπη ὧδε* et vertit: »*il n'en est pas ainsi* pour les autres concours." quorum nihil est in Graecis, sed quid reponam non exputo. Reliqua nullo negotio possunt in integrum restitui. Editur: *ἓν ἐκ πολλῶν εἰρήσθω μοι, ἐν ᾧ πάντα παῖς ἐνίκα κατὰ πάλην Ἴσθμια, τρισχιλίας ἑνὶ τῶν ἀντιπάλων ὁμολογήσας ὑπὲρ τῆς νίκης*. Nil mali suspicatus Interpres vertit »J'en citerai un exemple entre plusieurs: Un garçon remporta *une victoire complète* à la lutte dans les jeux isthmiques." Mire sic positum est *ἐν ᾧ*, ut vides. Πάντα νικᾶν illo sensu Graecum esse notum est et haud scio an illud sit reddendum Xenophonti in Anabasi I. x. 5: *ἁρπάζοντες ὡς ἤδη π ά ν τ α νικῶντες*, ut in

optimo libro Parisino a prima manu scriptum est pro *πάντας*. Sed *πάντα νικᾶν* in proelio habet locum, ubi fieri potest ut eiusdem exercitus pars vincat et pars vincatur, quemadmodum in Cyri exercitu dextrum cornu egregie rem gessit, sinistrum fusum fugatumque est. In lucta, credo, idem fieri non potest. Sed quid cesso veram lectionem aperire, quae haec est: *ἓν ἐκ πολλῶν εἰρήσθω μοι ἐν ᾧ πάντα· παῖς ἐνίκα πάλην Ἴσθμια κτέ.* Plane eodem modo Latine dicitur: unum de multis referam, *in quo sunt omnia.* Praeterea delevi praepositionem in verbis: *ἐνίκα* [*κατὰ*] *πάλην Ἴσθμια.* Quis nescit quam saepe Graece dicatur *νικᾶν Ὀλύμπια παγκράτιον, πάλην, δολιχόν, ϛάδιον* et similia, quibus nemo umquam praepositionem addit *κατὰ παγκράτιον, κατὰ ϛάδιον, κατὰ πάλην.* Hoc quoque mendum non Codici, sed Mynae imputaverim alias res inter describendum agenti, quem vicinae syllabae — *κα πα* — impulerint in fraudem. In vicinia complures alii errores deprehenduntur. Legitur p. 78: *ὁ μὲν ἀπῄτει τὰ χρήματα, ὁ δὲ οὐκ ὀφείλειν ἔφη. κεκρατηκέναι γὰρ δὴ ἄκοντος. Ὡς δὲ οὐδὲν ἐπέραινεν ὅρκῳ τρέπουσιν*, ubi duo vitia insunt: primum emenda *ἐπέραινον* pro *ἐπέραινεν*: neuter enim quidquam proficiebat, neque alter postulando neque inficiando alter. Quid igitur? *ὅρκῳ τρέπουσιν.* Quid hoc, quaeso, est? Interpres: »*ils en vinrent au serment.*" et hoc quidem liquido sensus loci requirit. Sed quis tandem Graece sciens inducet in animum *ὅρκῳ τρέπειν* illo sensu dici posse? Scin quid verum sit? Quemadmodum illo loco Mynas praepostere praepositionem addidit, sic hoc loco oscitanter omisit. Rescribe: *ὅρκῳ ἐπιτρέπουσιν. Ἐπιτρέπειν* est: *litis* vel *controversiae dirimendae arbitrium permittere*, ut apud Thucydidem I. 28: *ἤθελον δὲ καὶ τῷ ἐν Δελφοῖς μαντείῳ ἐπιτρέψαι*, et notissimum *δίαιταν ἐπιτρέπειν.* Sequitur: *καὶ παρελθόντες ἐς τὸ τοῦ ἰσθμοῦ ἱερὸν ὤμνυε δημοσίᾳ ὁ τὴν νίκην ἀποδόμενος πεπρακέναι μὲν τοῦ θεοῦ τὸν ἀγῶνα, τρισχιλίας γὰρ ὁμολογεῖσθαί οἱ.* Nullum fuit umquam *τοῦ ἰσθμοῦ ἱερόν.* Emenda *ἐς τὸ Ἰσθμοῖ ἱερόν*, id est *τὸ ἐν Ἰσθμῷ.* Quis non sexcenties legit *Ἰσθμοῖ*, ut *Πυθοῖ* et *Ὀλυμπίασιν*? Eadem forma periit in vicinia ubi legitur: *Ὤμνυε δὲ Ἰασοῖ καὶ ταῦτα κατ' ὀφθαλμοὺς τῆς Ἑλλάδος.* Interpres; »Il jura *par la déesse Iaso*, et le fit sous les yeux de toute la Grèce."

De coelo huc delapsa est Aesculapii filia Ἰασώ: neque Ἰασώ neque Πανάκεια huc pertinent, sed ipso Aesculapio opus est qui loco aegro ac malesano medeatur. Emenda: ὤμνυε δὲ Ἰσθμοῖ καὶ ταῦτα κατ' ὀφθαλμοὺς τῆς Ἑλλάδος. Male cepit Interpres καὶ ταῦτα, *idque* in totius Graeciae oculis, noto usu dictum. Caeterum pro κατ' ὀφθαλμούς Veteres dixissent: ἐναντίον τῶν Ἑλλήνων ἁπάντων. Deam Ἰασώ ex Mynae cerebro natam esse non solum verisimillimum est, sed liquido constat. Quum enim in apographo dedisset Ὤμνυε δὲ Ἰασοῖ postea veram scripturam Ἰσθμοῖ in sua editione ex Codice protulit. Quod iocularem errorem correxit laudamus, sed vide quam imperite et negligenter in apographum prius receperit Ἰασοῖ. Nam quid est ὤμνυε δὲ Ἰασοῖ? Interpres respondet: »Il jura *par la déesse* Iaso." Itane vero? Burnovio dignus is error est. Ὀμνύναι τοὺς θεούς Graecum esse quis nescit? Ποίους θεοὺς ὀμεῖ σύ; quaerit e rustico Socrates in Nubibus. Nota sunt Menandrea:

Γλυκέρα, τί κλάεις; ὀμνύω σοι τὸν Δία.

et alibi uxoris ad virum:

ὄμνυμί σοι τὸν Ἥλιον
ἦ μὴν ἀποίσειν σοι γραφὴν κακώσεως.

et quis non Graecorum saepe ita locutus est? Utrobique igitur Ἰσθμοῖ reponendum est, et appellatur τὸ Ἰσθμοῖ ἱερόν notum Neptuni templum, quod describit Pausanias II. I. 7.

Nondum e mendis vitiisque emersimus: suspiciosum est παρελθόντες — ὤμνυε δημοσίᾳ ὁ — ἀποδόμενος. Alius quilibet παρελθόντων scripsisset, sed gaudet Philostratus, ut alibi notavimus, ἀσυνταξίαις: itaque et hanc habeat secum servetque. Sed quid sibi vult μέν in verbis πεπρακέναι μὲν τοῦ θεοῦ τὸν ἀγῶνα? Intelliges si pro γάρ, quod sequitur, δέ reposueris. Praeterea praesens ὁμολογεῖσθαι manifesto mendosum est. Quid diceres si pro πεπρακέναι scriptum esset πωλεῖν? Utrobique perfectum necessario requiritur, itaque sic legendum: πεπρακέναι μὲν τοῦ θεοῦ τὸν ἀγῶνα, τρισχιλίας δὲ ὡμολογῆσθαί οἱ.

Sequuntur alia peius etiam vitiata, quibus non sum emendandis: καὶ ὡμολόγει ταῦτα λαμπρᾷ τῇ φωνῇ μηδὲ τῇ ἀσαφεῖ δηλώσας. Sic Editor *correxit* scilicet: in apographo reperit

μηδὲ τῇ ἀσάφῳ δηλώσας, sed et haec sensu vacua sunt et illa. Etiam quae sequuntur huiusmodi sunt ut non nisi nitendo aliquam sententiam et ipsam satis ineptam extundere queas.

'Αλλ' *οὑτοσί μοι βόρβορος φαίνεται πατοῦντι*,

sentio me in luto Minoideo haerere, unde se nemo expediat. Post pauca haec leguntur: *Οὐκ ἀφίημι τοὺς γυμναςὰς καὶ ἀθλητὰς ἐπὶ τῇ διαφθορᾷ ταύτῃ. πάρεισι μὲν γὰρ μετὰ χρημάτων ἐπὶ τὸ γυμνάζειν καὶ δανείζοντες τοῖς ἀθληταῖς ἐπὶ τόκοις μείζοσιν ἢ ὧν ἔμποροι θαλαττεύοντες.* In his *καὶ ἀθλητάς* absurdum est. Philostratus postquam athletarum flagitia aperuit, gymnastas quoque eidem culpae affines esse ostendit. Res manifesta est: itaque Interpres sic reddidit: »Je n'absous *pas plus les gymnastes que les athlètes*, pour une telle corruption," quae Graecis, ut vides, non respondent. Reponendum esse arbitror: *Οὐκ ἀφίημι δὲ οὐδὲ τοὺς γυμναςὰς ἐπὶ τῇ διαφθορᾷ ταύτῃ.* Deinde e Codice Monacensi (unde prodierunt verba *πάρεισι μὲν γὰρ* — *ἔμποροι θαλαττεύοντες*) recipiendum erat *δανείζουσι τοῖς ἀθληταῖς* pro *δανείζοντες*. Ex ultimis verbis nihil quod sanum sit ullo modo extricari potest: *δανείζουσιν ἐπὶ τόκοις μείζοσιν ἢ ὧν ἔμποροι θαλαττεύοντες.* Quid debeat dicere apertum est. De gravissimo foenore nautico nota sunt omnia. Recte Interpres: »ils prêtent aux athlètes à des intérêts plus forts *que n'en payent* les marchands qui traversent la mer." Sed nihil horum est in Graecis. Emendandum est *μείζοσιν ὧν* pro *μείζοσιν ἢ ὧν* et supplendum est verbum quod (usuras) *solvunt* significant. Atticorum est *τόκους φέρειν* in ea re dicere: caeteri et alia dicunt et *τόκους τελεῖν*, quod Sophistae reddiderim: *ἐπὶ τόκοις μείζοσιν ὧν τελοῦσιν ἔμποροι θαλαττεύοντες.*

Elapsum scribae veteris aut Mynae socordia verbum admonet me loci ubi idem error iocularem in modum obscuravit et perdidit omnia. Legitur p. 96: *καὶ πάντα ὁ ἀθλητὴς ὑποκείσθω τοῦ παγκρατίου τὰ ὀρθὰ εἴδη. θέρους δὲ οἱ μὲν ἀμαθεῖς αὐτὸ πράττοντες ἐν ἅπαντι τῷ ἡλίῳ καὶ πάντας· οἱ δὲ ξὺν ἐπιςήμῃ καὶ λόγῳ οὔτε ἀεὶ καὶ ὁπόσοις λῷον.* Haec Editor ita dissecuit ut § 58. inchoaret a verbis: *Θέρους δὲ οἱ μὲν ἀμαθεῖς αὐτὸ πράττοντες κτέ.* Quicumque autem hunc locum diligenter perpenderit facile perspiciet pro *θέρους verbum* aliquod

requiri, quod de gymnastis dictum fuit, quorum alii *id* (quod nunc intercidit) ἀμαθῶς, alii ξὺν ἐπιςήμῃ καὶ λόγῳ facere dicebantur. Perspicitur hoc et aliunde et ex verbis αὐτὸ πράττοντες, quae de more referuntur ad verbum *proxime praecedens*, quod ne invenuste repeteretur substituere αὐτὸ ποιεῖν, αὐτὸ δρᾶν, αὐτὸ πράττειν et Veteres solebant hodieque omnes ita loqui solemus. Sic Aristophanes in Pluto vs. 644:

ταχέως, ταχέως φέρ' οἶνον, ὦ δέσποιν', ἵνα
καὐτὴ πίῃς· φιλεῖς δὲ δρῶσ' αὐτὸ σφόδρα.

quibus similia passim occurrunt. Itaque οἱ μὲν ἀμαθῶς (nam sic pro ἀμαθεῖς scribendum esse manifestum est) αὐτὸ πράττοντες et οἱ δὲ ξὺν ἐπιςήμῃ καὶ λόγῳ referuntur ad verbum, quod in proximis intercidit. Cuiusmodi hoc verbum fuerit plane declarant quae sequuntur: nempe ἡλιοῦν aut ἡλιάζειν, ut post pauca, ubi dat praecepta illius rei, qua de agitur, scribit: ἡλιωτέοι δὲ οἱ φλεγματώδεις μᾶλλον, et iterum καὶ ἡλιούσθων οἱ μὲν προήκοντες ἀργοὶ κείμενοι κτέ. *Insolare* Latine dicitur, id est *solis radiis et aestui exponere.* Quid igitur dixerat Philostratus? Nihil enim praecedit praeter θέρους δέ. Faciam ut scias. Retrahe huc ex antecedentibus εἴδη: praecedit enim τοῦ παγκρατίου τὰ ὀρθὰ εἴδη. θέρους δέ, ac vide an ex ΕΙΔΗΘΕΡΟΥΣ fugitivum verbum ac latens deprendere possis. Ecce emicat: εἱληθεροῦσι δὲ οἱ μὲν ἀμαθῶς αὐτὸ πράττοντες κτέ. Est enim εἱληθερεῖν idem atque ἡλιοῦν, quemadmodum εἱληθερεῖσθαι pro ἡλιοῦσθαι, *insolari*, dici solet. Mirum dictu est quas soleant scribae turbas dare in εἵλη et iis omnibus, quae ex eo nomine formata sunt et composita. Raro sine malo abeunt ἄειλος, εὔειλος, πρόσειλος, εἱληθερής et εἱληθερεῖν. Substitui iis formas vitiosas εὔελος, εὔηλος, πρόσηλος in Novis Lectt. ostendimus. Philostratus ipse in vicinia sic corruptus fuit: in apographo enim est: ἀργοὶ κείμενοι καὶ πρόσηλοι κατὰ ταὐτά. (τοῖς addendum) ὠπτημένοις (imo vero ὀπτωμένοις), sed Editor recte πρόσειλοι correxit. In reliquis genuina scriptura est εἵλη (non εἵλη) et εἱληθερής et εἱληθερεῖν. Nihili sunt scripturae εἱληθερές, εἱλιθερές, ἐλειθερές, ἐλιθερές, εἰληθερεῖν, ἐλιθερείσθω, et sim. Antiquae formae sunt Aeolicae ac Doricae Ϝέλα, unde apud Hesychium Βέλα: ἥλιος καὶ αὐγή, et Γέλαν: αὐγὴν ἡλίου, et Βελλά-

σεται: ἡλιωθήσεται, et Ἐλᾶται: ἡλιοῦται, et Ἑλαιθερὲς ὕδωρ. Iones et Attici εἰληθερεῖν et εἰληθερεῖσθαι dicebant, in quibus notabile est εἰληθερεῖν et transitive dici et intransitive. Significat enim et ἡλιοῦν et ἡλιοῦσθαι. Eadem ratio est verborum ἀλεαίνω et ἡλιάζω. Vitium alit Hesychius v. Ἀλεαινοίμην: θερμαινοίμην. Repone Ἀλεαίνοιμι sumtum ex Aristophanis Ecclesiaz. 540:

ἔπειθ' ἵν' ἀλεαίνοιμι τοῦτ' ἠμπισχόμην.

quem locum veteres magistri sedulo enotarunt. Phrynichus in Bekk. Anecd. p. 14, 24: Ἀλεαίνοιμι: ἀντὶ τοῦ ἐλεαινοίμην. ἐνεργητικὸν ἀντὶ παθητικοῦ. Conf. et p. 381, 24. ubi ipsa verba poëtae apponuntur. Eodem modo ἡλιάζειν dicebant. Hesychius: Ἡλιάσαι: ἐν τῷ ἡλίῳ ἁπλῶσαι ἢ θερμαίνεσθαι ἐν ἡλίῳ. Sequiores ἡλιάζεσθαι et ἀλεαίνεσθαι dicere solent. Hesychius: Εἰληθερῶν: ἡλιαζόμενος. Idem: Εἰληθερούμενος: ἐν ἡλίῳ θερμαινόμενος. Transitive legitur εἰληθερεῖν apud Hippocratem p. 485, 22. Foës. ubi iubetur medicus aegrotantem ἀπὸ τῆς κεφαλῆς καθαίρειν καὶ θερμῷ ὡς ἥκιϛα λούειν ἀλλὰ καὶ ἐπὴν λούηται εἰληθερέειν καὶ — γάλα ὄνου πιπίσκειν. De ipso aegro post pauca p. 486, 10. passivum ponitur: ἀπεμεέτω καὶ θερμῷ ὡς ἥκιϛα λούσθω ἀλλὰ καὶ εἰληθερεέσθω, quam lectionem vulgo in εἰληθερεέτω depravatam servavit Galenus a scribis leviter corruptus in Ἐλιθερείσθω: ἡλιούσθω. Intransitive occurrit apud Xenarchum Athenaei p. 569. B.

ὅπου γὰρ οὐσῶν μειράκων μάλ' εὐπρεπῶν
ἐπὶ τοῖσι πορνείοισιν, ἃς ἔξεσθ' ὁρᾶν
εἰληθερούσας, ϛέρν' ἀπημφιεσμένας,
γυμνὰς ἐφεξῆς τ' ἐπὶ κέρως τεταγμένας.

ubi lege ἐν τοῖσι pro ἐπὶ τοῖσι π. et τ' exime. Occurrit eodem sensu apud ipsum Philostratum in vita Apollonii p. 235: γυμνοὺς δ' ἐϛάλθαι κατὰ ταὐτὰ τοῖς εἰληθεροῦσιν Ἀθήνησιν. Idem nostro loco transitive dixerat de gymnastis: Εἰληθεροῦσι δὲ οἱ μὲν ἀμαθῶς αὐτὸ πράττοντες ἐν ἅπαντι ἡλίῳ καὶ πάντας. Sic solet eorum errores et peccata notare, unde corrige locum p. 78: Ἁμαρτάνουσι δὲ κἀκεῖνοι [οἳ] παῖδα ἀθλητὴν ἀποδύσαντες γυμνάζουσιν ὡς ἤδη ἄνδρα. Editor de suo [οἳ] inseruit. Perperam: repone: Ἁμαρτάνουσι δὲ κἀκεῖνο· παῖδα ἀθλητὴν ἀποδύσαντες κτέ.

Quod modo audivimus Philostratum dicentem: γυμνοὺς κατὰ ταὐτὰ τοῖς εἰληθεροῦσιν, et πρόσειλοι κείμενοι κατὰ ταὐτὰ τοῖς ὀπτωμένοις (namque hoc in ipso Codice repertum iri suspicor pro inepta scriptura ὠπτημένοις) in memoriam mihi revocat locum, cuius emendationem Editor recte instituit, sed non perfecit. In apographo est p. 64: οἱ δὲ (ἱμαντώδεις ἀθληταὶ) μανοί τέ εἰσι καὶ ἀνειμένοι μᾶλλον καὶ ὑγροὶ ἅμα ἐν ταῖς περιστροφαῖς τὰ νῶτα τοῖς μάσθλησι. Recte pro τὰ νῶτα substituit τὰ αὐτά, sed non satis est. Rescribe κατὰ ταὐτὰ τοῖς μάσθλησι, nam sic demum significabit »souples dans les mouvements *comme* des courroies."

Κατὰ eodem modo neglectum periit paulo ante p. 64. in verbis: Ἄμφω δὲ τολμητάς τε ἀποφαίνουσι καὶ σφοδρούς —, ἀθυμοτέρους γε μὴν τὰς διαμαρτίας. Oratio Graeca erit sic scripta: ἀθυμοτέρους γε μὴν κατὰ τὰς διαμαρτίας, id est ὅταν διαμάρτωσιν.

Alter locus παῖδα ἀθλητὴν ἀποδύσαντες γυμνάζουσιν ὡς ἤδη ἄνδρα cum altero loco compositus veram lectionem indicabit et stabiliet. Legitur p. 40: Τούτων ὧδέ μοι εἰρημένων μὴ τὸ γυμνάζειν ἡγώμεθα ἕπεσθαι τούτοις ἀλλὰ καὶ ἀποδιΐστασθαι τὸν γυμναζόμενον καὶ ἐς δοκιμασίαν καταστῆσαι τῆς φύσεως ὅπῃ τε σύγκειται καὶ πρὸς ὅ. Pro nihili verbo ἀποδιΐστασθαι palam est ἀποδῦσαι reponi oportere, idque ipsum (sed ἀποδύσαι scriptum) tamquam ex Codice Mynas edidit. Satis perspicuum est eum, quum antea scripturam Codicis expedire non potuisset, tandem repetita lectione veram lectionem ἀποδῦσαι extudisse. Quam autem imperitum et Graecitatis et Codicum legendorum esse putes eum, qui potuerit in tali loco ἀποδιΐστασθαι scribere, vocabulum plane nihili et nihil prorsus significans. Quid Interpres? »Il faut encore *isoler* celui qui doit se livrer aux exercices." Commentus est aliquid de suo, ut vides. In sqq. vitiosum est καταστῆσαι: vera lectio est καταστῆναι idque in Codice recte scriptum esse suspicor. Nempe ἐς δοκιμασίαν καταστῆναι eleganter Graece poni solet pro δοκιμάσαι, pervulgato Atticorum et Atticistarum more, qui pro πολεμῆσαι, κινδυνεῦσαι, πειραθῆναι, βασανίσαι, ἀγωνίσασθαι dicebant καταστῆναι εἰς πόλεμον, κίνδυνον, πεῖραν, βάσανον, ἀγῶνα, aliaque permulta eiusdemmodi. Hic igitur levis error est

ab unoquoque qui hoc agat facile tollendus. Quae sequuntur tam pessime interpolata sunt ut nulla sit emendandi spes nisi ex autographo Codice. Satis est oculos coniicere in discrepantes scripturas, quae et ex apographo variae exhibentur, et a Myna velut ex Codice iterum diversae afferuntur, ut sentias haec omnia Minoidea esse et prorsus *ἀνιάτως ἔχειν*. Unum tantum attingam. Dixerat Philostratus: *μὴ τὸ γυμνάζειν ἡγώμεθα ἕπεσθαι τούτοις ἀλλὰ τὸ* (sic enim pro absurdo *καί* scribendum) *ἀποδῦσαι τὸν γυμναζόμενον καὶ εἰς δοκιμασίαν καταςῆναι τῆς φύσεως* (haec omnia recte procedunt, sed haerebit aqua in iis quae sequuntur) *ὅπῃ τε σύγκειται καὶ πρὸς ὅ*. Mynas ipse *σύγκειται* omisit, quod in apographo de suo inseruerat de futili coniectura, ut vides. *Συγκεῖσθαι* plane alienum est. Dici Graece potuit: *ὅπως τε κέκραται καὶ πρὸς ὅ τι εὖ πέφυκεν*, aut aliud quid in eandem sententiam. Reliqua omnem intelligendi atque sic emendandi conatum eludunt. Temeraria sunt Mynae supplementa.

τὸν πηλὸν quisquis haec leges *τουτονὶ φύλαξαι*.

Omnia sunt lubrica, nusquam sat certo et stabili vestigio insisti potest: itaque sicco pede illa praetereo. In fine loci p. 42. hoc solum dispicio *κατ' ἀναλογίαν* rescribi oportere pro *καὶ ἀναλογίαν* et haud scio an in *ποιητήν* lateat *πύκτην*, quae vocabula et alibi inter se confusa animadverti, ita ut legatur: *κελεύω δὴ κατ' ἀναλογίαν μὲν ἐπεσκέφθαι τὸν πύκτην, ἣν εἶπον, πρὸ δὲ τῆς ἀναλογίας καὶ τὰ τῶν χυμῶν ἤθη.*

In vicinis in gravem errorem Editor se implicuit quum exhiberet: *πορισόμενος γὰρ* (*ὁ Λυκοῦργος*) *τῇ Λακεδαίμονι πολεμικοὺς ἀθλητάς· γυμναζέσθων, φησίν, αἱ κόραι καὶ ἀνείσθων δημοσίᾳ τρέχειν.* Foeda barbaries est *πορισόμενος*. In apographo est *παριςάμενος*, quod sanum non est. Sed neque *πορίζεσθαι* in tali re ferri potest, et *πορισόμενος* barbara forma est, qua faex Graeculorum uti coepit, sed nemo umquam Veterum uti potuit. Quidquid est verborum in *-ίζω* et *-ίζομαι* exeuntium, nulla umquam alia futuri forma in usu fuit quam in *-ιῶ* et *-ιοῦμαι*. Excipiuntur disyllaba *κτίσω* et *σχίσω*, ut notum est. Formae istae barbarae, quoniam in Graecia decrepita ac delirante usitatae fuerunt, sat saepe in libris occurrunt, veluti *χαρίσομαι*, *ψηφίσομαι* similesque, sed

ex Atticis quantum scio istae maculae omnes tandem elutae sunt, etiam ex Atticorum imitatoribus aliquando eluentur, ut apud solam faecem scriptorum Graecorum remaneant. Gravis igitur eius error est qui Philostrato πορισόμενος obtrudit. Quam saepe πορίειν et πορίεῖσθαι in cuiuslibet aetatis scriptoribus occurrit. Verum neque Editor neque Mynas neque Burnovius, cuius vitiosam doctrinam Gallica iuventus imbibit, formas Graecas probas ac sanas a falsis et depravatis distinguere possunt. Itaque aut formas nihili suo aut alieno errore natas temere probatas admittunt, aut Graeculorum vitiosissimam συνήθειαν Antiquioribus invitis affricant, aut contrario errore formas Homericas et olim obsoletas invehunt in Atticorum et Atticistarum orationem, quae sic ioculariter commaculatur. Dabo quaedam ex Philostrato exempla. Vidimus iam antea doctos homines Epicum ἔχθεσθαι concoquere potuisse. Pag. 24. editur: Ναύκρατις οὖν ἀνερρέθη, sed Veteres ad unum omnes summa constantia ῥηθῆναι dixerunt ex προρρηθῆναι, προσρηθῆναι, ἀναρρηθῆναι cet. Sero nati Graeculi coeperunt ἐρρέθην dicere, ut αἱρεθῆναι et εὑρεθῆναι. Non est Graecum quod legitur p. 50. τὸν αὐχένα κεκρατύσθω, sed κεκράτύνθω. Eiusdem farinae atque πορισόμενος est quod legitur p. 52: Διακριτέοι δὲ ὅμως οἵ τε καθ' ἓν ἀγωνισόμενοι ταῦτα καὶ οἱ ὁμοῦ πάντα. Barbarum est ἀγωνισόμενοι, pro quo ἀγωνιούμενοι reponendum, ut statim post τὸν μὲν δὴ ὁπλιτεύσοντα pro ὁπλιτεύοντα. Recte legitur p. 50, 13: ὁ δὲ ἄριςα δολιχοδρομήσων τοὺς μὲν ὤμους καὶ τὸν αὐχένα κεκρατύσθω (-ύνθω), et p. 56, 1: Ἴωμεν ἐπὶ τοὺς παλαίσοντας, et passim. Similiter confunduntur in apographo et in Mynae editione τῶν ἀγωνιουμένων et τῶν ἀγωνιζομένων p. 48, 18. Saepius recurrit vitiosum ὀλισθαίνω, veluti p. 48: ἄγαν ὑπολισθαίνων et p. 66: δυσπάλαιςός τε καὶ διολισθαίνοντες, sed tam prava haec sunt ac si quis λαμβαίνω vellet dicere. Repone ὑπολισθάνων et διολισθάνοντες. Quod legitur p. 70: ξυγκιρνᾶσθαι Graecum erit si accentum correxeris, ξυγκίρνασθαι. Semel et iterum recurrit ὑπερσιτίσαντες p. 82, 11. et 86, 2. sed Graecitatis et analogia et perpetuus usus pariter ὑπερσιτεῖν requirunt, ut ἀσιτεῖν, μονοσιτεῖν, παρασιτεῖν, alia. Itaque ὑπερσιτήσαντες utrobique restituendum. Nescio quid Edi-

tori in mentem venerit quum p. 44, 8. ad Ἀγνοείσθων apponeret: (ἀγνοείσθωσαν?). Philostratus *ubique* forma proba et Attica utitur, quae frequentissime in hoc libro recurrit, etiam in perfectorum formis, veluti p. 52, 18: ἀγωνισταὶ κατεσκευάσθων et post pauca: ἀριστίνδην συντετάχθων. Sic dixit p. 86, 7: ἀκροχειρίζέσθων, et post pauca: εἰ δὲ ἀνάγκη κυλίεσθαι κυλιέσθων. et p. 88, 8: ὑπὲρ νουθεσίας γυμναζέσθων, et aliis locis. Obiter emenda p. 70, 13: ταῦτα εἰρήσθων νυνὶ περὶ κράσεως, imo vero εἰρήσθω. Etiam in activis Philostratus nonnisi probis formis utitur in -όντων et -άντων exeuntibus. Sed Mynae socordia irrepsit ἕστων p. 51, 6: Καρποὶ δὲ πήχεων οἱ μὲν βαρεῖς βαρύτεροι ἕστων πλήττειν, in Codice opinor aliquando repertum iri βαρύτεροι ἐς τὸ πλήττειν. Mynae in hoc genere et alii errores sunt et p. 24, 9. δοκείη et ad p. 56, 17. κατιᾶσιν et ἰσχὺν ἄρνυνται in supplemento, quod de suo commentus est. Ipsius Editoris unum addam. Legitur p. 36: τὸν υἱὸν εἰ μὲν τεθνεῶτα ἀκούσεαι πίστευσον, εἰ δὲ ἡττώμενον ἀπίστει. Hoc vero est, ut Graeci iocantur, ὡς ἐπ' Ἀγαμέμνονος διαλέγεσθαι. Homero ius est dicere:

ταῦτα δὲ καὶ μετὰ πᾶσιν ἀκούσεαι ἀθανάτοισιν.

Philostrato, ut opinor, non licet, cui ἀκούσει erat dicendum. Taedet fere talia refutare. Quam nihil scire videretur tiro qui ista confunderet, apud nos quidem:

qui Musas colimus severiores.

In his, quae adhuc recensuimus, formis aut vitiosis aut olim obsoletis, quas Editorum oscitantia Philostrato affricuit, aut sola Graecitatis sinceritas laeditur aut leviter tantum impeditur verborum intelligentia. Subiiciam his locum ubi ipsa sententia prorsus est ex eiusdemmodi errore pessumdata. Repetam et nunc rem paulo altius, ut eadem opera reliquas loci maculas abstergam. Legitur p. 90, 14: Ἔλεγχος δὲ τῶν τετράδων — καὶ ἡ ἐπὶ Γερηνῷ τῷ παλαιστῇ διαμαρτία, οὗ τὸ σῆμα Ἀθήνησιν ἐν δεξιᾷ τῆς Ἐλευσῖνάδε ὁδοῦ. Recipiendae enim sunt hae lectiones ex Monacensi libro pro ἁμαρτία et τῆς ἐς Ἐλευσῖνα ὁδοῦ. Malum factum, quod nos in caeteris destituit bonus liber, namque habent Minoideae temeritatis manifesta indicia haec: Ναυκρατίτης μὲν γὰρ ἦν οὗτος καὶ τῶν

ἄριςα παλαισάντων, ὡς τὰ ὑπ' αὐτῷ γε δηλοῦσιν·
ΑΡΙΣΤΑ ΑΓΩΝΙΣΑΜΕΝΟΣ.

Quid tandem sibi volunt verba: *ὡς τὰ ὑπ' αὐτῷ γε δηλοῦσιν?* Respondet Interpres: » comme l'inscription l'indique." Non attinet indicare nihil plane huiusmodi in Graecis verbis inesse. Id ipsum tamen quum requirat loci sententia, consequitur eadem verba reponi oportere, quibus scriptores Graeci in ea re, cuius perfrequens mentio est, constanter uti soleant. Expromam pauca exempla ex Pausaniae libro VI. Legitur VI. VII. 9: *τὸ ἐπίγραμμα τὸ ἐπ' αὐτῷ φησίν*, et VI. XIII. 7: *τὸ ἐπίγραμμα τὸ ἐπ' αὐτῷ μηνύει*, et VI. XV. 2: *τὸ ἐπίγραμμα τὸ ἐπ' αὐτῷ φησίν*, et VI. XVI. 4: *τὸ ἐπίγραμμα τὸ ἐπ' αὐτῷ δηλοῖ*, et alibi passim. Audacter igitur emendabimus: *τῶν ἄριςα παλαισάντων, ὡς τὸ ἐπ' αὐτῷ ἐπίγραμμα δηλοῖ.* Quam male habitum esse putemus librum, unde in re tam perspicua transscribi potuerit: *ὡς τὰ ὑπ' αὐτῷ γε δηλοῦσιν*, et quam idoneum Codicibus Graecis describendis edendisque eum hominem esse statuas, qui serio dare potuerit *ὑπ' αὐτῷ* pro *ἐπ' αὐτῷ*, quod ratio et usus omnium Graece scribentium praecipiebant, et mirificum illud *γε*, et *τὰ ὑπ' αὐτῷ δηλοῦσιν.* Haereo in sqq. *Ἐτύγχανε μὲν ἐν Ὀλυμπίᾳ νενικηκὼς, τρίτῃ δὲ ἀπ' ἐκείνης ἡμέρᾳ πίνων τὴν ἑαυτοῦ νίκην καί τινας τῶν γνωρίμων ἑςιῶν ὀψοφαγίᾳ ἀήθει χρησάμενος ἀπηνέχθη τοῦ ὕπνου.* Primum non concoquo *πίνων τὴν ἑαυτοῦ νίκην.* Fieri enim nullo pacto potest ut *πίνειν* ponatur pro *ἄγειν τἀπινίκια*, id quod locus requirit. Et res ipsa et dicendi genus in talibus plurimorum testimoniis tam notum certumque est, ut equidem non dubitem quin illa lectio tam commenticia sit quam absurda est. Sequitur alia difficultas in verbis *ἀπηνέχθη τοῦ ὕπνου.* Quid, quaeso, est *ἀποφέρομαι τοῦ ὕπνου?* Quomodo omnino dici potest *ἀποφέρομαί τινος?* Quid Interpres: »il ne put dormir." Hoc vero est interpretari! Facile intelligo nonnullis Criticorum emendationes *minime necessarias* esse videri. Quibus non est firmiter et *ἀδαμαντίνως* persuasum verborum formam, compositionem et notionem *certis* temporibus ac locis *certam* esse, ut in cuiusque lingua patria et sermone vernaculo, ne sentire quidem possunt interpretandi difficultates. Permiscent inter se primum non

multum dissimilia, deinde sensim diversiora, denique plane diversa, donec tandem iis, ut apud philosophos quosdam, *πάντα ῥεῖν* incipiant et nihil prorsus certum sit ac stabile. Vidi nuper qui opinaretur *ποδαπός* non *semper* de patria dici unde quisque oriundus esset, quemadmodum et *ἡμεδαπός* et *ὑμεδαπός* dicitur, et Latine *cuias*, *nostras*, *vestras*, sed *nonnumquam* ad ingenium et mores referri, ut *ποδαπὸς εἶ*; sat commode pro *ποῖός τις εἶ*; Graece poni potuerit. Quid attinet illa serio refutare? Si ita homines aut nunc loqueremur aut olim locuti essent, frustra humano generi data esset oratio et interpretandi arte nihil foret facilius simul et inutilius. Eiusdemmodi et alia permulta sunt in Philostrati versione Gallica et hoc ipsum: »il ne put dormir." Graeca verba sine ulla controversia labem vitiumque conceperunt. Dicam quid mihi venerit in mentem. Suspicor plane contrarium dixisse Philostratum, et athletae usu venisse id quod in tali re assolet. Cibis vinoque ingurgitatus et obrutus *obdormivit*. Postridie ex crapula crudus erat. Quid igitur reponendum est pro *ἀπηνέχθη τοῦ ὕπνου*? Nempe *κατηνέχθη ἐς ὕπνον*, quod noto usu de iis ponitur qui gravi somno sopiuntur, de quibus et *καταφορά* crebro usurpari solet. Simillimus est Luciani locus de Polyphemo, qui ebrius obdormivit in Dial. Marin. II. 2: *ἅπαντα γὰρ ἐδόκει μοι περιφέρεσθαι πιόντι —, τέλος δὲ εἰς ὕπνον κατεσπάσθην*. Proxima his emendatissima sunt: *ἥκων οὖν τῆς ὑστεραίας ἐς τὸ γυμνάσιον ὡμολόγει πρὸς τὸν γυμναστὴν ὠμός τε εἶναι πονήρως τε ἔχειν πῃ. Ὁ δὲ ἠγρίαινέ τε καὶ ξὺν ὀργῇ ἤκουε καὶ χαλεπὸς ἦν ὡς ἀνιέντι καὶ τὰς τετράδας διασπῶντι ἔς τε ἀπέκτεινε τὸν ἀθλητὴν ἐν αὐτῷ τῷ γυμνάζειν.* Haec igitur sunt luce clariora, sed caliginosa nox premit extrema verba: *Ἀγνωσίᾳ [καὶ] προειπόντος ἃ γυμνάζεσθαι ἔδει καὶ σιωπῶντος.* Reperi in his veram lectionem quam statim expromam, sed prius quid libri dederint, quid Editores designaverint, spectare animus est. In apographo Mynas exhibuit: *Ἀγνωσίας προειπόντος ἃ γυμνάζεσθαι ἔδει*: in sua editione dedit: *ἀγνωσίᾳ οὐ προειπόντος ἃ γυμνάζεσθαι ἔδει* annotans: »dans mon *Manuscrit*, *ἀγνωσίας*." In Codice Monacensi legitur: *ἀγνωσίᾳ προειπόντος ἃ γινώσκειν ἔδει καὶ σιωπῶντος*. Editor ex his textum ita constituit, ut supra apposuimus, inserto *καί e coniectura*:

Ἀγνωσία [*καὶ*] *προειπόντος ἃ γυμνάζεσθαι ἔδει, καὶ σιωπῶντος*, quae Gallice vertit in hunc modum: »C'était ignorance, aussi bien de la part du gymnaste qui ordonnait les exercices auquels Gérène devait se livrer, *que de celle de l'athlète qui dissimula le mal qu'il éprouvait.*" Convenit in haec Italicorum hominum scitum dictum: »*Traduttore traditore.*" Nihil horum Philostratus aut dixit aut cogitavit. Caeterum Graecus textus et Gallicus sunt, ut in proverbio est, *Sardi venales, alter altero nequior.* Graeca oratio ne Graeca quidem est, Gallica absona et secum ipsa pugnans. Nam quomodo tandem de infelici athleta dici poterat »*qu'il dissimula le mal qu'il éprouvait,*" qui paulo ante de *cruditate* conquestus ac *sibi male esse* (*ὠμός τε εἶναι καὶ πονήρως ἔχειν*) imperito gymnastae stomachum movisse narratur? Praeterea quae est ea *ignorantia* si quis dolorem dissimulando occultat? Nae illa *ignorantia* ni loco suo exturbabitur nobis semper quid tandem Sophista voluerit erit ignorandum. *Ἀγνωσίας* et *ἀγνωσίᾳ* et *ἀγνωσία* non sunt unius assis lectiones. Quid lateat pellucere incipiet ubi spectaveris Codicis Monacensis egregiam lectionem *γινώσκειν* pro *γυμνάζεσθαι.* Mihi crede, *γυμνάζεσθαι* e Mynae cerebro prodiit nil ex vetusto libro extricantis. Considera diligenter hanc lectionem: *ἔς τε ἀπέκτεινε τὸν ἀθλητὴν ἐν αὐτῷ τῷ γυμνάζειν* [*ἀγνωσίας*] *προειπόντος ἃ γινώσκειν ἔδει καὶ σιωπῶντος.* Nihil in his corruptum est praeter *ἀγνωσίας*, quod vocabulum priscum et poëticum prorsus ab h. l. alienum est et nullo modo pro *ἀγνοίας* usurpari potuit. De quo haec dici palam est? De imperito gymnasta et artis ignaro, qui intempestive exercendo athletam aegrum et sibi male esse querentem in ipsa exercitatione occidit. Quid plura? Emendandum est in hunc modum: *ἀπέκτεινε τὸν ἀθλητὴν ἐν αὐτῷ τῷ γυμνάζειν, ἀγνοήσας καὶ προειπόντος ἃ γιγνώσκειν ἔδει καὶ σιωπῶντος.* Ubi semel Sophistae sententia pellucere coepit et apparuit *καὶ προειπόντος* et *καὶ σιωπῶντος* inter se opposita esse, simul apparebat requiri participium quod verbo *γιγνώσκειν* esset e regione oppositum. Neque id diu quaerendum fuit neque erat anceps optio. Nihil est praeter *ἀγνοήσας* quod omnes habeat numeros veritatis. Locus sic correctus clara luce splendet. Ignarus artis gymnasta *ne admonitus quidem ab illo intellexisse*

dicitur *quae vel illo tacente intelligere debuisset.* Satin' nunc manifestum est *γυμνάζεσθαι* pro *γιγνώσκειν* esse Mynae hallucinantis supplementum? et quid facias istius novo commento, quod edidit ipse: *ἀγνωσίᾳ οὐ προειπόντος?* Sed ut in re perspicua verbum non amplius addo.

Ea quae continuo sequuntur sensu plane cassa sunt. Perdidit operam Editor quum pro *ἀδιανοήτοις* hisce: *ἀπαιδεύτοις γυμνοῦ μετρίῳ πάθει* substituit: *ἀπαιδεύτοις γυμνοῦ οὐ μέτρια πάθη* ac bona fide credidit ista significare: »des accidents graves peuvent donc en résulter par la faute [des gymnastes] inexpérimentés, et *qui ne sont pas capables de reconnaître la valeur d'un athlète nu.*" Pleraque haec, ut vides, de nihilo ficta sunt et vel sic tamen *ἀδιανόητα.* Sed praetereo locum: *πηλὸς γάρ ἐστιν.*

In vicinia leguntur nonnulla quae emendationem admittunt, quoniam Mynas in singulis tantum vocabulis impegit. Itaque quae sana sunt ad emendanda vitiosa facem praeferunt. Legendum est, ut supra ostendimus, p. 92, 12: *οἱ δὲ ἀσπαζόμενοι τὰς τετράδας τί χρήσονται αὐταῖς ἐς Ὀλυμπίαν ἥκοντες;* Deinde ita pergit: *παρ' οἷς κόνις μὲν ὁποίαν εἴρηκα, γυμνάσια δὲ προστεταγμένα. Γυμνάζει δὲ ὁ Ἑλληνοδίκης οὐ τῇ προρρήσει ἀλλ' ἐπεσχεδιασμένα πάντα τῷ καιρῷ μάστιγος καὶ τῷ γυμναστῇ ἀπηρτημένης, ἵν' εἴ τι παρακελεύουσι πράττοιτο. Κελεύουσι δὲ ἀπαραίτητα, ὡς παραιτουμένους ταῦτα ἕτοιμοι ὀλυμπίων εἴργεσθαι.* Haec omnia recte et ordine procedunt praeter ultima, quae Interpres sic accepit: »L'hellènodique règle les exercices —— sa verge est même *suspendue sur le gymnaste,* afin qu'il *fasse* ce qui est *préscrit.*" Fecit quod potuit ut *ἀπηρτημένης* redderet. Itaque ut Damocli gladius, sic gymnastae *imminere* narratur *ἡ τοῦ Ἑλληνοδίκου μάστιξ.* Noli quidquam horum credere, sed repone *μάστιγος καὶ τῷ γυμναστῇ παρηρτημένης.* Noto usu quidquid e cingulo suspensum est dicitur *παρηρτῆσθαι*, saepissime *τὸ ξίφος καὶ ἡ μάχαιρα.* Sic igitur gymnastis Olympiae *μάστιξ παρήρτητο.* Non ipsi enim *vapulabant*, sed athleta indiligens aut non satis dicto audiens. Simul intelligitur verbis: »afin qu'ils fassent ce qui est préscrit" nihil esse in Graecis simile. Nisi forte lubet credere *ἵνα πράττοιτο* eodem sensu dici atque *ἵνα πράττοι*, et

verbum compositum παρακελεύουσιν *eleganter* usurpari pro simplici κελεύουσιν. Sed πράττομαι pro πράττω extremam esse barbariem et nihilo sanius quam Datidis χαίρομαι vel Burnovio iudice vincam. Videamus quid sententia loci flagitet vel requirat. De athletis illa dici apertum est, si quid . . . . παρακελεύουσιν? non hercle, sed εἴ τι παρακούουσιν. Omnium usu tritum verbum est de eo, *qui non est dicto audiens* et *non satis hoc agit.* Servi nequam solebant τῶν δεσποτῶν παρακούειν, ut in Aristophanis Ranis vs. 750. Superest πράττοιτο, in quo *vapulandi* verbum latere facili negotio perspicies. Est igitur ad manum lenissima correctio haec: μάστιγος καὶ τῷ γυμναστῇ παρηρτημένης ἵν' εἴ τι παρακούουσι παίοιντο. Reliqua sic Gallice vertuntur: »L'hellénodique donne des ordres inflexibles, puisqu'*il est prêt a chasser* des jeux olympiques ceux qui refusent de s'y soumettre." Haec quoque quibus vitiis laborent facile apparet. Quid? εἴργεσθαι ὀλυμπίων credemus significare »*chasser* des jeux Olympiques?" Quid igitur erit ὀλυμπίων εἴργειν? Nisi forte perinde est εἴργειν dicas an εἴργεσθαι. Noli credere et commodam mecum quaere depravatae scripturae emendationem. Εἴργεσθαι passivum est diciturque de iis qui ludis *arcentur* vel *excluduntur.* Itaque sic Philostrati manum restitue: ὡς παραιτουμένοις ταῦτα ἕτοιμον ὀλυμπίων εἴργεσθαι, quae interprete non indigent. Ut Latine *parata poena* esse dicitur quae statim luenda sit, sic Graece ἕτοιμον εἶναι usitatum est dicere. Haec omnia dici de severitate Eleorum *in athletas* in aprico est nec pluribus verbis est opus.

Redeo nunc ad illum locum, quem supra attigi, de Lycurgi legibus p. 42, 8. De Lycurgi cura, ut valida et robusta proles nasceretur, notissima refert et apponit Lycurgi legem: γυμναζέσθων αἱ κόραι καὶ ἀνείσθων δημοσίᾳ τρέχειν, deinde ita pergit: ὑπὲρ εὐπαιδίας δήπου καὶ τοῦ τὰ ἔκγονα βελτίω τίκτειν, ὑπὲρ τοῦ ἐρρῶσθαι τὸ σῶμα. In his Editori mirum quid accidit: vitiavit Codicis sanissimam lectionem, deinde locum ultro a se corruptum recte accepit et bene vertit. Vertit enim sic: »afin qu'elles aient des enfants bien faits, et qu'elles mettent au monde une meilleure progéniture, *attendu que leur propre corps sera fort.*" Illud ipsum Philostratus vo-

luit dicere, sed non legitur id nunc in Graecis. Ὑπὲρ τοῦ ἐρρῶσθαι τὸ σῶμα significat: *ut sint* corpore valido: requiritur *propterea quod* corpore valido essent. Itaque pro ὑπέρ necessarium est ὑπό restituere: ὑπὸ τοῦ ἐρρῶσθαι τὸ σῶμα, quemadmodum et alibi Philostratus loquitur et p. 94, 1: ἀνηβήσει τὰ ϛάδια ὑπὸ τοῦ εὖ γυμνάζειν. Sed ea ipsa lectio, quam de coniectura restituimus, et in apographo est et ex ipso Codice a Myna affertur, qui prior infelicem correctiunculam ὑπέρ excogitavit, quam incaute Editor probatam recepit [1]).

In iis quae continuo sequuntur multa sunt non tantum impedita et obscura, sed prorsus ἀδιανόητα et conclamata. Modo quaedam excidisse apparet, modo praepostere lecta et temere suppleta, nam subinde agnosco Mynae stilum. Vix summa contentione ex hoc coeno exsculpas non quid Sophista dixerit, sed omnino qua de re aliquid dixerit. Ubi tandem sententiae summam indagaveris, vix tamen illo veluti filo Ariadneo ex vitiosae orationis labyrintho exitum invenias. Hoc utique apparet pag. 44, 9. Philostratum sibi quaestionem hanc ponere: πῶς βασανιοῦμεν τὴν σποράν, *quum parentes ipsi in ea cognitione et probatione non adsint?* quam ita solvit ut dicat ex ipsis athletarum corporibus de parentum valetudine et robore et aetate coniecturam fieri et posse et oportere. Praeter unum vitium sana sunt haec: ἐς εὔηθες γὰρ ἐκπεσεῖται ὁ λόγος εἰ τὸν ἀθλητὴν ἐφεϛηκότα ἤδη τῷ ϛαδίῳ καὶ τοῦ κοτίνου τε καὶ τῆς δάφνης ἐχόμενον ἐς τὸν πατέρα ἀ ν α β α λ λ ό μ ε θ α καὶ τὴν μητέρα τάχα που καὶ τεθνεῶτας ἐπὶ νηπίῳ. Rescribendum est ἀναβαλούμεθα, nam certum est *futurum* requiri. Absurda res erit, inquit, si athletam iamiam in certamen descensurum ad patrem ac matrem *reïciemus*, qui fortasse illo puero iam mortui sunt. Quod sequitur atra caligine obvolutum est: δεῖ δὲ τὴν κυρίαν [ἐπεσκέφθαι] καθ' ἣν ἐς γυμνὸν τὸν ἀθλητὴν βλέψαντες, οὐδὲ τὰ τῶν προγόνων ἠγνοηκέναι δόξομεν ὅπῃ αὐτῷ ἔχει. Prior pars plane sensu caret et mera esse videntur Minoidea supplementa et aegri somnia. Nihil ex his extrico praeter Εἰ δέ —

---

1) Typothetarum error est in Darembergi Praefat. p. XVI. in verbis: »ὑπὸ (*en avertissant*, *comme dans la copie*, *qu'il faut*: ὑπό." imo vero: *qu'il faut* ὑπέρ.

(pro δεῖ δέ) — — ἐς γυμνὸν τὸν ἀθλητὴν βλέψαντες κτέ. Periit funditus protasis, apodosis integra superest. Leviter tantum affecta sunt quae sequuntur: Χαλεπὸν μὲν τὸ ἐνθύμημα καὶ οὐ πάντῃ ῥᾴδιον, οὐ μὴν πρόσω [γε] τὸ τῆς τέχνης. Emenda: καὶ οὐ πάνυ τι ῥᾴδιον, deinde τό expunge. In apographo est οὐ μὴν πρόσω τὸ τῆς τέχνης. Editor γε inseruit. Recte: sed non intellexit γε in τό depravatum latere. Sat nota locutio est πόῤῥω τέχνης et πρόσω τέχνης.

Ubi Philostratus gymnastae officium describit pag. 38. gravissimus error ab Editore commissus miscuit omnia. Indicabo prius leve mendum in praecedentibus: ἔστω δή, inquit, ὁ γυμναστὴς μήτε ἀδολέσχης μήτε ἀγύμναστος τὴν γλῶτταν, ὡς μήτε τὸ ἐνεργὸν τῆς τέχνης ἐκλύοιτο ὑπὸ τῆς ἀδολεσχίας μήτε ἀγροικότερον φαίνοιτο μὴ ξὺν λόγῳ δρώμενον. Repetita syllaba scribe: ἀγροικότερον φαίνοιτο (τὸ) μὴ ξὺν λόγῳ δρώμενον. Ni id feceris verbi φαίνοιτο subiectum erit τὸ ἐνεργὸν τῆς τέχνης, quod absurdum est. Eleganter τὸ δρώμενον ponitur pro τὸ τῆς γυμναστικῆς ἔργον. Deinde gymnastae sic praecipit: Φυσιογνωμονικήν τε ἐπεσκέφθω πᾶσαν. Τουτὶ δὲ κελεύω διὰ τόδε. Iis quae nunc sequuntur fac diligenter animum attendas. Prior pars uno tantum vitio laborat: παῖδα ἀθλητὴν Ἑλληνοδίκης μέν τις ἢ ἀμφικτύων κρίνουσιν ἀπὸ τῶν τοιῶνδε. Capisne quid sit κρίνουσιν? Fieri non potest ut capias, namque liquido demonstrat reliqua pars loci haec dici de athletarum δοκιμασίᾳ sive *probatione* priusquam ad certamina admittantur. Nota sunt exempla eorum quos reiecerint οἱ Ἑλλανοδίκαι, quorum unum mox expromam. In ea re κρίνειν locum nullum habere, neque id pro δοκιμάζειν vel βασανίζειν poni posse dabunt mihi omnes qui Graece sciunt. Quid igitur legendum est? Apparebit ex loco Plutarchi et Xenophontis de eadem re scribentium hic in Hellenicis IV. I. 40, ille in Agesilai vita cap. 13. Plutarchus ita scribit: ἠράσθη ἀθλητοῦ παιδὸς ἐξ Ἀθηνῶν· ἐπεὶ δὲ μέγας ὢν καὶ σκληρὸς Ὀλυμπίασιν ἐκινδύνευσεν ἐκκριθῆναι καταφεύγει πρὸς τὸν Ἀγησίλαον. Xenophontis de eadem re haec verba sunt: ἐρασθέντος αὐτοῦ τοῦ Εὐάλκους υἱέος Ἀθηναίου πάντ' ἐποίησεν ὅπως ἂν δι' ἐκεῖνον ἐγκριθείη τὸ στάδιον ἐν Ὀλυμπίᾳ μέγιστος ὢν τῶν παίδων. Scilicet solemnia et concepta in ea re verba sunt ἐγκρίνειν et ἐκκρίνειν. Qui in ea

probatione admittitur ἐγκρίνεται, qui reiicitur ἐκκρίνεται. Saepe fieri solebat ut ἀθληταὶ παῖδες reiicerentur, si essent grandiores ac robustiores quam pro numero annorum, quos nati essent. Aetas enim non aliunde quam ex corporis habitu colligebatur, nam quomodo de nativitatis anno constare potuisset? Multa exempla sunt et apud alios et apud Pausaniam eorum, qui ἐκκριθέντες ἐκ παίδων statim cum viris congressi sunt ac palmam meruerunt. Itaque ἐγκρίνειν verum est et sic scribendum: παῖδα ἀθλητὴν ἑλληνοδίκης μέν τις ἢ ἀμφικτύων *ἐ γ κ ρ ί ν ο υ σ ι ν* ἀπὸ τῶν τοιῶνδε. Deinde quarum rerum in athleta puero probando habeatur ratio enumerat, et in ea enumeratione inest illa mirifica confusio, quamobrem hunc locum attuli: εἰ φυλὴ τῷδε καὶ πατρίς, εἰ πατὴρ καὶ γένος, εἰ ἐξ ἐλευθέρων καὶ μὴ νόθος, ἐπὶ πᾶσιν εἰ νέος καὶ μὴ ὑπὲρ παῖδα· εἰ ἐγκρατὴς ἢ ἀκρατής, εἰ μεθυςής, εἰ λίχνος, εἰ θαρσαλέος ἢ δειλός. Οὔτε εἰ γιγνώσκοιεν οὐδὲν, οἱ νόμοι σφίσιν ὑπὲρ τῶν τοιούτων διαλέγονται· τὸν δὲ γυμναςὴν ἐξεπίςασθαι ταῦτα, φύσεώς που κριτὴν ὄντx. Quid est infelicius Interprete, quem dura necessitas cogit ista qualicumque tandem modo vertere in sermonem Gallicum.

ὦ τάλας ἀνήρ,
ὅςις κακὸν τοιοῦτον ἀγκαλίζεται,

et cui ex Mynae commentis et hallucinationibus nescio quid est extundendum. Interpres haec dedit: »en tenant compte des circonstances suivantes: si sa tribu ou sa patrie sont connues, ainsi que son père et sa famille; s'il est issu de parents libres, et s'il n'est pas un enfant illégitime; *après tout cela*, ils doivent savoir s'il n'a pas dépassé l'âge de puberté, s'il est tempérant ou non, s'il est ivrogne ou gourmand, audacieux ou lâche. *Lors même qu'ils ne peuvent pas faire* cette distinction, *la loi ne leur dit rien à cet égard;* mais elle veut que le gymnaste sache cela complétement, attendu qu'il est en quelque sorte le juge de la nature." Arena sine calce haec est, ut unicuique ad primam statim lectionem erit perspicuum, qui quidem sana ab insanis et recte cogitata ab ineptis et absurdis didicit distinguere. Non aliter haec redarguere in animo est quam expromendo sanam lectionem, quam sic mecum indagabis. Animadverte voculam μέν in his: ἐλ-

λην οδίκης μὲν τις ἢ ἀμφικτύων ἐγκρίνουσιν ἀπὸ τῶν τοιῶνδε. Cogita haec scribi ad demonstrandum cur necesse sit gymnastam φυσιογνωμονικὴν ἐπεσκέφθαι πᾶσαν. Statim perspicies sententiam huiusmodi subesse oportere: *alia* Hellanodicas et Amphictyones in athletis spectare et requirere, *alia* gymnastam. Illi quaerunt: εἰ φυλὴ τῷδε καὶ πατρίς, εἰ πατὴρ καὶ γένος, εἰ ἐξ ἐλευθέρων καὶ μὴ νόθος, ἐπὶ πᾶσιν εἰ νέος καὶ μὴ ὑπὲρ παῖδα. Nihil illi ulterius quaerebant. Unde nosti? inquies. Ne dicam ex ipsa rei natura satis apparere reliqua quae statim enumerentur ab illis explorari non potuisse, testem potius producam, quem non reiicies. Quem tandem? Philostratum ipsum hoc ipso loco. Audi modo diligenter quae dicat: ἐπὶ πᾶσιν εἰ νέος καὶ μὴ ὑπὲρ παῖδα. Perpende quid sit ἐπὶ πᾶσιν, et intelliges illud esse omnium novissimum et extremum. Si quis *post omnia* naulum perdidisse dicitur, ecquid superest quod perdere possit? Si hoc illi *post omnia* requirunt, reliquis nullus locus supererit. Scilicet nunc oppositio sequitur in hunc modum restituenda: ἐπὶ πᾶσι δὲ εἰ νέος καὶ μὴ ὑπὲρ παῖδα. Εἰ δὲ ἐγκρατὴς ἢ ἀκρατής, εἰ μεθυστής, εἰ λίχνος, εἰ θαρσαλέος ἢ δειλός *illi quidem* nihil curant quaerere, sed *boni gymnastae* est id probe scire, ut qui naturae sit iudex ingeniique spectator ac morum." Haec igitur causa est cur gymnastae sit necesse φυσιογνωμονικὴν ἐπεσκέφθαι πᾶσαν. Quicumque mihi dederit hanc ipsam sententiam verbis interpolatis et corruptis subesse oportere, nunc mecum poterit verba exsculpere, quibus ad id significandum Sophista usus esse videatur. Quam vellem ipsum Codicem utcumque male habitum mihi rimari liceret! Quod quia fieri non potest excutiamus haec Minoidea: εἰ θαρσαλέος ἢ δειλός. Οὔτε εἰ γινώσκοιεν οὐδὲν, οἱ νόμοι σφίσιν ὑπὲρ τῶν τοιούτων διαλέγονται, τὸν δὲ γυμναστὴν ἐξεπίστασθαι ταῦτα φύσεώς που κριτὴν ὄντα. Quam manifestum in his tenemus falsarium, et quam nihil videt in Graecorum lingua et litteris, qui ista aut sibi aut aliis sustinet pro Graecis venditare! Emendandum esse arbitror in hunc fere modum: εἰ θαρσαλέος καὶ δειλὸς οὗτοι μὲν φροντίζουσιν οὐδὲν οὐδὲ οἱ νόμοι σφίσιν ὑπὲρ τῶν τοιούτων διαλέγονται, τὸν δὲ γυμναστὴν δεῖ ἐπίστασθαι ταῦτα φύσεώς που κριτὴν ὄντα. In his non singula verba praestiterim sed sententiam tamen verborum. Quod sequitur τὸν

δὲ γυμναςήν declarat μέν praecedere debuisse: itaque οὗτοι μέν — τὸν δὲ γυμναςήν sat certa sunt. Ἐξεπίςασθαι refinxi in δεῖ ἐπίςασθαι, quoniam et nihil aliud sit praeter δεῖ unde τὸν δὲ γυμναςήν suspensum esse potuerit, et verbum ἐξεπίςαμαι nullum hic locum habeat. Tragicorum est ἐξεπίςαμαι ponere pro ἐπίςαμαι: reliquis est *memoriter scire*, *tenere memoriter*, aut quod quis didicerit *percepisse* ac *tenere*, artem potissimum vel artificium. Iuvat huius rei ὁδοῦ πάρεργον exemplum afferre, ut ex eo mendum eximam. Legitur apud Athenaeum XII. p. 520. F: ἐπειδὴ ἡ μάχη συνειςήκει ἐκέλευσεν αὐλεῖν τὰ αὐλήματα, ὅσα οἱ ἵπποι τῶν Καρδιηνῶν ἐξεπιςαίατο, imo vero ἐξεπιςέατο, ut apud Herodotum quoque erratum est olim II. 43. Ubi igitur haec ita constitueris, palam est inter οὗτοι μέν et οὐδὲ οἱ νόμοι σφίσιν ὑπὲρ τῶν τοιούτων διαλέγονται inserendum esse aliquid in hanc sententiam: »hi quidem *scire non laborant* vel *nil curant quaerere*, neque iis quidquam de talibus leges praecipiunt." Suppleri igitur commode potest vel οὗτοι μὲν φροντίζουσιν οὐδέν, vel οὗτοι μὲν οὐδὲν πολυπραγμονοῦσιν, vel οὗτοι μὲν οὐδὲν πραγματεύονται, vel multis aliis modis. Codex solus a perito Critico inspectus poterit ipsa verba suppeditare; de sententia verborum etiam ex miseris illis laciniis satis constare arbitror.

Recognoscam nunc ordine reliquos locos omnes, qui quidem mihi aliqua labe affecti esse videntur.

Pag. 2, 4: σοφία δὲ καὶ τὸ κοσμῆσαι ςρατείαν, emenda ςρατιάν. Venuste sic et exquisite τὴν τακτικήν appellavit. Κοσμεῖν enim olim τάττειν significabat, ut passim apud Homerum:

κοσμῆσαι ἵππους τε καὶ ἀνέρας ἀσπιδιώτας,

unde κοσμήτορε λαῶν dicuntur imperatores, qui quum τὸ ςράτευμα, credo, τάττουσι, non τὴν ςρατείαν, habemus pervulgati erroris novum exemplum.

Post pauca supplendum vs. 9: ἐξαιρῶ (δὲ καὶ) κυβερνήτην τῶν βαναύσων.

Pag. 4, 12: δοκεῖ δέ μοι — ἀπολογήσασθαι ὑπὲρ τῆς φύσεως ἀκουούσης κακῶς, ἐπειδὴ παρὰ πολὺ τῶν πάλαι οἱ νῦν ἀθληταί. In his verbum necessarium desidero, quod sic revocaverim: παρὰ πολὺ (ἡττῶνται) τῶν πάλαι οἱ νῦν ἀθληταί. Non satis est

παρὰ πολύ, quod in utramque partem trahi potest: *κρείττων παρὰ πολύ* et *παρὰ πολὺ ἥττων*.

Post pauca vs. 16: *λέοντάς τε γὰρ βόσκει καὶ νῦν Φαυλοτέρους οὐδέν· τῶν τε κυνῶν καὶ ταύρων ταὐτὸν χρῆμα.* Retrahe fugitiva verba: *Φαυλοτέρους οὐδὲν (τῶν τότε)· τῶν τε κτἑ.* quae cur exciderint vides, deinde *σχῆμα* rescribe pro inepto *χρῆμα*.

Corruptam lectionem Editor etiam peius corrupit p. 6, 1: *ἀθλητῶν δὲ ὁπόσαι περὶ αὐτοὺς ἦσάν ποτε ἀρεταὶ οὐχ ἡ Φύσις ἀπηλέγχθη, — τὸ δὲ μὴ ὑγιῶς γυμνάζεσθαι ἀφείλετο τὴν Φύσιν τὸ ἑαυτῆς κράτος.* In his vitiosum esse vides *ἀπηλέγχθη*. Editoris haec est correctiuncula calidius recepta pro Codicis lectione *ἀπηνέχθη*, unde nullo negotio manus Sophistae eruitur, quae est *οὐχ ἡ Φύσις ὑπηνέχθη*. Quidquid *senescit* et pristinam vim ac robur sensim amittit dicitur *ὑποΦέρεσθαι*. Egregie huc facit locus Longi *περὶ ὕψους* IX. 11: *μεγάλης Φύσεως ὑποΦερομένης ἤδη ἴδιόν ἐστιν ἐν γήρᾳ τὸ Φιλόμυθον.* Quo minus dubites memento quam saepe *ἀπό* et *ὑπό* et alibi confusa fuerint et in hoc ipso libello, cuius rei luculentum exemplum habes p. 88, 12: *γυμνασταὶ δὴ ξὺν ἐπιμελείᾳ καὶ τὴν ἰσχὺν ἀποθρεπτέοι μᾶλλον ἐπειδὴ ἐπιλείπει σαφῶς.* Nauci non est verbum *ἀποτρέΦειν* et vitio natum. Quid sit reponendum disce ab ipso Philostrato p. 94, 20: *ἀγαθαὶ μαλάξαι τε καὶ ὑποθρέψαι.* Intercidit plane *ὑπό* p. 84: 1: *τὴν ἰσχὺν ὑποδεδωκότες — καὶ ἀπανθοῦντες τῶν πόνων.* Recte Interpres: »la fatigue fait disparaître leur couleur vermeille." Sed Graece id dicitur *ἀπανθεῖν τοῖς πόνοις* vel *ὑπὸ τῶν πόνων ἀπανθεῖν*. Illo modo locutus est Philostratus p. 46, 9: *οὐδὲ ἐπανθοῦσιν οὗτοι τοῖς πόνοις*, nostro loco scripserat *ἀπανθοῦντες (ὑπὸ) τῶν πόνων.* Contrario errore importuna praepositio irrepsit p. 18, 5: *χαλεπὸν (δὲ) ἀπὸ τῶν τοιούτων οὐδέν*, ubi qui *δέ* recte inseruit Editor eadem opera *ἀπό* debuerat resecare. Mynae compendiolum imposuit, ut suspicor.

Minus recte cepit Interpres verba Sophistae p. 6, 8: *παρακείσεται δὲ ἀπανταχοῦ τὰ τῶν Ἠλείων*, quum verteret: »nous aurons constamment recours aux *données* fournies par les Éléens." quasi nescio quos Elidensium commentarios aut tabulas publicas Philostratus inspexisset. Eodem errore vicina *ἐκ τῶν ἀκριβεστέρων Φράζειν* reddidit: »parler d'après *les sources* les

plus exactes." Non tanta erat Philostrati diligentia, neque quidquam huiusmodi pollicetur: *τὰ τῶν Ἠλείων* significat *τὰ ἐν Ἤλιδι νομιζόμενα, τὰ Ὀλυμπίασι δρώμενα.* Illic enim vetera instituta ac mos maiorum (*τὰ πάτρια*) diligentissime observabantur *καὶ ἀκριβέστατα ἦν.* Haec igitur se ubique appositurum esse promittit, idque et alibi fecit et p. 8, 12. ex quo loco duplex mendum eluendum est. Alterum leve est: non enim *διέκειντο ἐπὶ τοῦ βωμοῦ τὰ ἱερά*, sed *διέκειτο*: alterum est gravissimum ac foedum vitium in verbis: *Στάδιον δὲ οἱ δρομεῖς ἀπείχοντο τοῦ βωμοῦ.* Credebam *ἀπέχομαι* esse *abstineo me*: pergam credere et deletis duabus litterulis, quas Mynas alias res agens repetiit, emendabo *στάδιον* — *ἀπεῖχον τοῦ βωμοῦ.* Videturne tibi Graece scire qui tam immanem errorem ne suspicatus est quidem? Quid? qui eum ipse invexit. Scribae, quorum inscitiam et stuporem exagitare solemus, non nesciebant esse aliquid inter *ἀπέχειν* et *ἀπέχεσθαι.* Qui ex Burnovio sapiunt saepe vidi omnia huiusmodi susque deque habere. Notavimus supra *ἵνα πράττοιτο* pro *ἵνα πράττοι.* Addo tertium ex pag. 26, 10: *ἐκεῖνα ἢ οὐκ ἐπιστήσεται ὁ παιδοτρίβης ἢ εἰ γινώσκοιτο πονήρως ἐπὶ τοῖς παισὶ χρήσεται.* Interpres: » — ou, *s'il les connait*, il en fera un mauvais usage." Ergone *γιγνώσκομαι* pro *γιγνώσκω* dici potest? Nugae! rescribe sodes *ἢ εἰ γιγνώσκοι*, et cave tibi ab illo, qui talem scripturam ex libro Ms. protulerit. Scribarum natio, quae tam male audit, et hercle non iniuria, non facile quidquam huiusmodi designasset. Designant talia docti Editores, qui optime Graece scire putantur. Sed redeo illuc unde digressus sum. *Ἐπεὶ δὲ Ἠλεῖοι θύσειαν*, legitur p. 8, 16, *ἔδει μὲν καὶ τοὺς ἀπαντῶντας Ἑλλήνων θύειν θεωρούς.* Abhorret a rei natura et loquendi usu verbum *ἀπαντᾶν.* Quid multa? Corrige: *καὶ τοὺς ἀπὸ πάντων τῶν Ἑλλήνων θύειν θεωρούς.* Saepius *ἀπαντώντων* et *ἀπάντων* et sim. inter se vidi permutari, cuius rei alias exempla quaedam nova proferam. Brevi post Mynas articulum praepostere inseruit pag. 10, 1: *ἔτρεχον οἱ δρομεῖς καλοῦντες τὸ ἑλληνικὸν καὶ πάλιν εἰς ταὐτὸν ἐπέστρεφον [οἱ] ἀγγέλλοντες ὅτι δὴ ἀφίξοιτο ἡ Ἑλλὰς χαίρουσα*: nullo modo retineri posse *οἱ* quis non sentit? Iterum offendit articulus bis male additus p. 10, 3: [*Οἱ*] *δρόμοι δὲ ὁπλῖται πολλοὶ μὲν*

καὶ μάλιστα [*οἱ*] *κατὰ Νεμέαν οὓς ἐνόπλους τε καὶ ἱππίους ὀνομάζουσιν.* Arguit vitium vel vitiosa et soloeca compositio *οἱ δρόμοι ὁπλῖται.*

Miror Editorem non sustulisse mendum p. 10, 7: *πόλεμον Ἠλεῖοι Δυμαίοις ξυνῆψαν οὕτω τοι ἀκήρυκτον ὡς μηδὲ τὰ Ὀλύμπια ἀνοχὰς εἶναι.* Verum est *οὕτω τι ἀκήρυκτον*, quod solet a scribis in *οὕτω τοι* depravari. Propterea autem miror Editori latuisse id mendum quoniam et p. 34, 6. ubi in apographo est *ὁ Γλαῦκος οὕτω τοι ἔρρωτο ex emendatione οὕτω τι* edidit, et iterum p. 30, 13. pro *ἡ Φερενίκη οὕτω τοι ἔρρωτο ὡς — ἀνὴρ δόξαι* verissime *οὕτω τι* reposuit.

Vehementer mihi de mendo suspectum est p. 10, 11: *εὐαγγέλια ἀπάγων τῆς νίκης* pro *Φέρων.* Ecquis serio credit *ἄγειν* vel *ἀπάγειν* de *nuncio* usurpari ullo pacto potuisse? Si *ἄγγελον*, *ἀγγελίαν ἀπάγειν* absonum est, *ἀπάγειν εὐαγγέλια* sanum esse non potest.

Laborat sententia p. 10, 19: *εἰ δὲ μὴ ῥᾳθύμως ἀκούεις τοῦ κήρυκος ὁρᾷς ὡς ἐπὶ πάντων κηρύττει λήγειν μὲν τὸν τῶν ἄθλων ταμίαν ἀγῶνα*, et post pauca: *κελεύει δὲ τουτὶ τὸ κήρυγμα καὶ τοὔλαιον ἀραμένους ἐκποδὼν ποι φέρειν*, ubi emendandum est *κελεύει δὲ ταὐτὸ κήρυγμα κτέ.* Intelligi non potest, *ἐπὶ πάντων κηρύττει.* Fideliter Interpres: »si vous écoutez avec attention le héraut, vous reconnaîtrez que *toujours* il proclame que les jeux — ont cessé." *Ἐπὶ πάντων* est *in singulis*, ut idem praeconium ad singulas ludorum et certaminum partes audiatur. Sed absurdum hoc est, ut vides. *Confectis* demum omnibus praeco poterat renuntiare:

Λήγει μὲν ἀγὼν ἄθλων ταμίας κτέ.

Scin quid legendum sit? Nempe *ἐπὶ πᾶσι κηρύττει*, *post omnia*, nam tum demum poterant *τοὔλαιον ἀράμενοι ἐκποδὼν ποι φέρειν.* Passim eo sensu *ἐπὶ πᾶσιν* occurrit. Attulimus supra ex hoc ipso libro pag. 38, 11: *ἐπὶ πᾶσι δὲ εἰ νέος καὶ μὴ ὑπὲρ παῖδα.* Iuvabit cum hoc Philostrati loco composuisse Lucianum in vita Demonactis cap. 65, ubi scribit: Demonax *ὅτε συνῆκεν οὐκέθ' οἷός τε ὢν αὑτῷ ἐπικουρεῖν εἰπὼν πρὸς τοὺς παρόντας τὸν ἐναγώνιον τῶν κηρύκων πόδα·*

Λήγει μὲν ἀγὼν τῶν καλλίστων

ἄθλων ταμίας, καιρὸς δὲ καλεῖ
μηκέτι μέλλειν.

καὶ πάντων ἀποσχόμενος ἀπῆλθε τοῦ βίου. Hic quoque ἐπὶ πᾶσιν, ut in ludis, ea verba pronuntiavit. Ludorum initio simillimum carmen a praecone recitari solitum fuisse colliges ex Iuliani Caesaribus p. 318. D. ubi Mercurius praeconem agens ita renunciat:

Ἄρχει μὲν ἀγὼν τῶν καλλίϛων
ἄθλων ταμίας, καιρὸς δὲ καλεῖ
μηκέτι μέλλειν.

et post pauca p. 319. A.

ἴτ' ἐς ἀντιπάλων ἵϛασθε κρίσιν.

et in fine:

νίκης δὲ τέλος Ζηνὶ μελήσει.

quae omnia Iulianus ab Olympico praecone mutuatus esse videtur. Sed ad Philostratum redeo.

De pugilatu scribens p. 14, 13. ita dicit: νυνὶ δὲ αὖ μεθέϛηκε. ῥινοὺς γὰρ πιοτάτων βοῶν ἕψοντες ἱμάντα ἐργάζονται πυκτικὸν ὀξύν, quae Interpres sic vertit: »*on fait bouillir* du cuir de boeuf très-gras, et on en fabrique un ceste éffilé." Ain' vero? Oculis vix credo meis. Si quis vellet ῥινὸν βοὸς ἕψειν perinde perderet operam atque is qui proverbio λίθον ἕψειν dicitur. Laboranti Philostrato opem feret Aristophaneus Cleon ὁ βυρσοδέψης, cuius erat opificium, ut nomen ipsum declarat, τὰς βύρσας non ἕψειν sed δέψειν, id est μαλάττειν, *coria depsere*. Δεψήσας pro μαλάξας iam apud Homerum occurrit Odyss. M. 49. κηρὸν δεψήσας μελιηδέα. Praesentis δέψω exemplum est apud Herodotum IV. 64: μετὰ δὲ σαρκίσας βοὸς πλευρῇ δέψει τῇσι χερσί· ὀργάσας δὲ αὐτὸ ἅτε χειρόμακτρον ἔκτηται. Dicitur autem δέψω δεψήσας, ut ἕψω ἑψήσας, significatque μαλάττω, ὀργάζω, δεύω, sed ut πηλὸν ὀργάζειν et ϛαῖς δεύειν proprie dicebatur, sic in coriis δέψειν poni solebat, unde βυρσοδέψαι et σκυτοδέψαι appellati.

Dubitasne ad hanc lucem Philostrato reddere suum: ῥινοὺς γὰρ πιοτάτων βοῶν δέψοντες?

Male sprevit Editor p. 14, 16. in verbis: ὁ ἀντίχειρ οὐ ξυλλαμβάνει τοῖς δακτύλοις τὸ πλήττειν verissimam Kayseri correctionem τοῦ πλήττειν, id quod pariter linguae ingenium

et omnium perpetuus usus requirunt. Aristophanes Vesp. vs. 733:

σοὶ δὲ νῦν τις θεῶν | παρὼν ἐμφανὴς
ξυλλαμβάνει τοῦ πράγματος | καὶ δῆλός ἐςιν εὖ ποιῶν.

et quis non ita loquitur?

Mirifice Editor arcte coniungenda disiunxit p. 16, 3: Πάλη δὲ καὶ παγκράτιον ὡς ἐς τὸ πρόσφορον τῷ πολέμῳ εὕρηται. Πρῶτον μὲν δηλοῖ τὸ Μαραθῶνι ἔργον κτέ. Non facile dixeris quid sibi velit ὡς, id est ὅτι, in hac verborum compositione. Scribe: ὡς ἐς τὸ πρόσφορον τῷ πολέμῳ εὕρηνται (sic Mynas e Cod.) πρῶτον μὲν δηλοῖ τὸ Μαραθῶνι ἔργον.

Post pauca in similem errorem implicitus Editor simul optimam lectionem ultro vitiavit: dedit enim: προτετίμηται δὲ παρ' ἕτερα (ἑτέροις Cod. et apogr.). Ὡς Ἠλεῖοί γε τὴν πάλην καρτερὰν νενομίκασι καὶ ἀλεγεινὴν κατὰ τοὺς ποιητάς. Rescribe: προτετίμηται δὲ παρ' ἑτέροις, ὡς Ἠλεῖοί γε κτέ. Caeterum commode indicavit Editor Homeri versiculum Odyss. VIII. 126.

οἱ δὲ παλαισμοσύνης ἀλεγεινῆς πειρήσαντο.

Animum alibi occupatum habebat Editor quum ea describeret quibus Philostratus demonstrat *luctam* Olympiae prae caeteris omnibus in honore fuisse. Verba haec sunt p. 16, 15: Παγκράτιον γοῦν καὶ πυγμὴν [καὶ πάλην] ἀκονιτὶ ςεφανοῦν δεινὸν ἡγούμενοι τὸν παλαιςὴν οὐκ ἀπελαύνουσιν, ἐπειδὴ ὁ νόμος τὴν τοιάνδε νίκην μόνῃ ξυγχωρεῖν φησὶ τῇ γυρῇ καὶ ταλαιπώρῳ πάλῃ. Meridiana luce clarius est verba καὶ πάλην quantocyus esse expungenda, ne simul dicere videatur Sophista τὴν πάλην ἀκονιτὶ ςεφανοῦν et *non licere* et *licere*. In versione tricatus est aliquid Interpres, sed verborum Graecorum aperta simplicitas omnem calumniandi conatum eludit. Mynas odoratus est aliquid quum in apographo annotaret: »*Le copiste, sans faire attention, a ajouté* καὶ πάλην." Sed statim rediit ad ingenium, bonam annotationem delevit et καὶ πάλην in suam editionem recepit.

Praeterea γυρῇ alit vitium. Quid enim sibi vult forma Ionica γυρῇ pro γυρᾷ. Quaerant acutiores adhibita glossa Hesychiana Γυρία: πάλη.

Impeditus et corruptus locus est pag. 18, 8: ὁ βαρύτερος

ἀθλητὴς γυμνάζεται μὲν ὑπὸ Ἠλείων ὅτε μάλιςα ὁ ἥλιος τὴν ἰλὺν ἐν κοίλῃ Ἀρκαδίᾳ αἴθει. Editori debetur τὴν ἰλύν: Codex et apographum conspirant in τὴν ὕλην. Quorsum autem *Arcadiae* mentio spectat? Exercebantur, credo, in *Elide*, non in *Arcadia*. Praeterea quis τὴν κοίλην Ἀρκαδίαν fando audivit umquam? Ἐν Ἤλιδι κοίλῃ iam apud Homerum legimus. Denique quod est illud *lutum*, quod sol in Arcadia dicitur exurere? Quas tu putas paludes fuisse et uligines in Arcadia quas solis aestus exureret? et quid tandem cum illis fuisset negotii athletis τοῖς ὑπὸ Ἠλείων γυμναζομένοις? Mihi crede, Ἀρκαδίᾳ aut scribis debetur, aut Mynae, aut cuilibet denique potius quam ipsi Philostrato. Quid reponendum sit mecum sic constitue. Athletae exercebantur in ingenti illo Iovis τεμένει, quod Ἄλτις appellabatur. Quod si demonstravero, et simul τὴν Ἄλτιν fuisse paludosam, ut sol aestate lutum ibi exureret, ecquid dubitabis τὴν ἰλὺν ἐν κοίλῃ Ἄλτει αἴθει emendare mecum? Inspice modo Pausaniam, qui passim in libro V. τὴν Ἄλτιν commemorat, et quidquid inesset ἐν Ἄλτει visendum diligenter descripsit. Omnium primum V. 10. 1: τὸ δὲ ἄλσος τὸ ἱερὸν τοῦ Διὸς παραποιήσαντες τὸ ὄνομα Ἄλτιν καλοῦσιν. Idem V. 15. 8. ubi athletae exercerentur certiorem te faciet his verbis: τὸ Πρυτανεῖον δὲ Ἠλείοις ἐςι μὲν τῆς Ἄλτεως ἐντός, πεποίηται δὲ παρὰ τὴν ἔξοδον, ἥ ἐςι τοῦ γυμνασίου πέραν. ἐν τούτῳ δὲ οἵ τε δρόμοι (τῷ γυμνασίῳ deleverim) καὶ τοῖς ἀθληταῖς εἰσὶν αἱ παλαῖςραι. Illo ipso loco athletae solebant, ut Philostratus loquitur p. 18, 10: κόνιν ἀνέχεσθαι θερμοτέραν τῆς Αἰθιόπων ψάμμου. Ibi sol solebat τὴν ἰλὺν αἴθειν. Audi modo eundem testem V. 11. 10: Ἔλαιον γὰρ τῷ ἀγάλματί ἐςιν ἐν Ὀλυμπίᾳ συμφέρον, καὶ ἔλαιόν ἐςι τὸ ἀπεῖργον μὴ γίνεσθαι τῷ ἐλέφαντι βλάβος διὰ τὸ ἑλῶδες τῆς Ἄλτεως. Ecquid plura requiris? Valeat igitur *Arcadia* et in veterem palaestram athletae reducantur, quorum durissimam conditionem merito dicit fuisse quum καθ' ὥραν τοῦ ἔτους exercerentur, quando maxime arderet Sirius et sol τὴν ἰλὺν ἐν κοίλῃ Ἄλτει exureret.

Si recte conieci, dubitari poterit sitne vetus scribarum mendum an Mynae ἀβλεψία. Si scribae peccarunt non nunc primum τὴν Ἄλτιν male mulcarunt. Levissime tantum in

Xenophontis Hellen. VII. 4. 29: ὃς παρὰ τὴν ἄλτην (Ἄλτιν) καταρρέων εἰς τὸν Ἀλφειὸν ἐμβάλλει. Aliquanto gravius apud Pindarum Olymp. III. 30:

πιςὰ Φρονέων Διὸς αἴτει πανδόκῳ,

cui viri docti suum Ἄλτει reddiderunt, vide Koen. ad Gregor. Corinth. p. 219. Schaef. Melius etiam latebat vitium in Pindari Olymp. XI. 55:

περὶ δὲ πάξαις Ἄλιν μὲν ὅγ' ἐν καθαρῷ διέκρινε.

quum Aristodemus acute veram lectionem Ἄλτιν excogitavit, quam frustra obloquente Didymo omnes probatam receperunt.

Duplex vitium in simili scribendi genere commissum est p. 20, 6: ἦν μὲν γὰρ τὰ πάλαι ὀλύμπια εἰς τὴν τρίτην ἐπὶ δέκα ὀλυμπιάδας ςαδίου μόνου, ubi emenda: ὀλυμπιάδα, et 20, 13: ἡ ὀγδόη ἐπὶ δέκα ὀλυμπιάσιν. ἐνίκα δέ κτἑ. ubi ὀλυμπιάς corrigendum. Res manifesta est, et vix dubito quin in Codice sint emendatae lectiones.

In vicinia novum mendum conspicitur, quod et ipsum Mynae imputaverim p. 20, 17: κρατίςως ὁ Σμυρναῖος Ὀνόμαςος πυκτεύσας ἐνίκησεν, imo vero κράτιςα ex perpetuo omnium et ipsius Philostrati loquendi usu, veluti p. 6, 17: Τελαμὼν μὲν κράτιςα ἐδίσκευεν, et p. 90, 19: ἄριςα ἀγωνισάμενος, et passim. Adverbia in -τέρως, -τάτως, -όνως, -ίςως Veteres cum verbis ἔχειν et διακεῖσθαι, et si qua alia *statum* et *conditionem* denotant, coniungere solent, non ubi *modum* ac *rationem* significant, ut in πυκτεύειν, παλαίειν, δισκεύειν, ἀγωνίζεσθαι et sim. Praeterea observandum *comparativi* formas in -τέρως et -όνως apud optimum quemque scriptorem Atticum frequenter occurrere. Platonica quaedam congessit Stallbaum. ad Plat. Rep. I. p. 343. E. ubi legitur τὰ οἰκεῖα μοχθηροτέρως ἔχειν. Acervum talium construxit Matthiae in Gramm. Gr. § 262. Superlativorum rarissimus usus est, quorum vix tria exempla Matthiae l. l. conquisivit. Κρεισσόνως affertur ex Antiphonte p. 128, 38: κρεισσόνως ἠμύνετο ἢ ἔπασχεν, sed κρατίςως qui dixerit equidem novi neminem.

Omissa est necessaria copula p. 20, 18: ὁπόσαι γὰρ πόλεις ἰωνικαί τε καὶ λύδιοι, ὅσαι καθ' Ἑλλήσποντόν τε καὶ Φρυγίαν καὶ ὁπόσα ἔθνη ἀνθρώπων ἐν Ἀσίᾳ εἰσίν, emenda et supple λύδιαι (καὶ) ὁπόσαι καθ' Ἑλλήσποντον.

Vitiose editur p. 22, 5: *καὶ οὐκ ἤχθοντο οἱ Ἀρκάδες εἰ νόμους ἔγραψέ τις ἐν τοῖς ἐναγωνίοις ἐξ Ἰωνίας ἥκων τῆς ἁβρᾶς.* In apographo est *ἔγραψέ τε ἐν τοῖς ἐναγωνίοις.* Mynas tamquam ex Cod. edidit: *ἔγραψέ τις ἐναγωνίους*, unde reposuerim: *ἔγραψέ τις αὐτοῖς ἐναγωνίους.* Praeterea miror cur soli *Arcades* memorentur: non mirarer si *οἱ Λακεδαιμόνιοι καὶ οἱ Ἀρκάδες* scriptum esset.

Attigimus iam supra *οὕτω τι* in *οὕτω τοι* depravatum. Nova labe affectum videbis p. 22, 9: *Μέγας δὲ οὕτω τις* (imo vero *οὕτω τι*) *ὁ Σικελιώτης ἦν.*

Nescio quid turbarum Mynas dedisse videtur in his p. 24, 3: *Ἑκαςοςῇ καὶ τεσσαρακοςῇ καὶ πέμπτῃ ὀλυμπιάδι παιδὸς παγκρατιαςοῦ [ἆθλα] ἐπεγράφησαν· οὐκ οἶδα [δὲ] ἐξ ὅτου βραδέως αὐτὰ ἐννοήσαντες εὐδοκιμοῦντα ἤδη παρ' ἑτέροις.* In his *ἆθλα* Mynae supplementum esse constat. Non poterat infelicius coniicere, namque *ἆθλα* neque cum *ἐπιγράφειν* commode iunguntur, neque cum *ἐννοεῖν*, neque cum *εὐδοκιμεῖν*. Deinde e Cod. et apographo profertur: *οὐκ οἶδα ἐξ ὅτου βραδέως αὐτὸν νοήσαντος* et *ἐπεγράφησαν* pro *ἐπεγράφη*. Dicam quid mihi verum esse videatur: *παιδὸς παγκρατιαςοῦ ἀγῶνα ἔθεσαν, οὐκ οἶδ' ἐξ ὅτου βραδέως αὐτὸν ἐννοήσαντες εὐδοκιμοῦντα ἤδη παρ' ἑτέροις.* Ultima, quae prope intacta servavi, satis declarant *ἐπεγράφησαν* incongruum esse et a Myna temere fictum. *Ἀγὼν* recte dicitur *εὐδοκιμεῖν*, recte *τὸν ἀγῶνα* dicuntur Elidenses *ἐννοῆσαι*, et ubi semel *ἀγῶνα* divinando repereris, non est dubium quin solum *ἔθεσαν* habeat locum. Putidum est notissimae locutionis *ἀγῶνα ἔθεσαν* ex Pausania et aliis exempla apponere. *Εὐδοκιμεῖν* dicitur *ἀγὼν* a Strabone VIII. p. 355: *οἱ Πισᾶται τὴν οἰκείαν ἀπολαβόντες αὐτοὶ συνετέλουν τὸν ἀγῶνα ὁρῶντες εὐδοκιμοῦντα.*

Post pauca rescribe p. 24, 8: *κἀκείνη γὰρ ἡ νίκη Αἰγυπτία ἐγένετο. Ναύκρατις οὖν ἀνερρήθη νικῶντος Αἰγυπτίου Φαιδίμου.* Editur *τε* pro *γὰρ* et post *νίκη* sine sensu *καὶ* inseritur. Vitiosum *ἀνερρέθη*, ut nunc video, Editori debetur: in Codice est emendata lectio *ἀνερρήθη*.

Bene Editor ex Pausania V. 9. 1. reposuit p. 22, 14. *Εὐτελίδαν* pro *Εὐτείδα*: potuerat eadem opera corrigere p. 24. 1. *Δημάρητος· Ἡραιεύς, οἶμαι, ὤν*, quae forma Ionica est et

viro Peloponnesio non convenit. Recte idem Δαμάρετος nominatur a Pausania V. 9. 10: Δαμάρετος ἐκράτησεν Ἡραιεύς.

Pervulgato mendo scribitur p. 26, 7. ἀποκαθᾶραι pro ἀποκαθῆραι, deinde scripserim vs. 9: γυμναστικῆς ἐστι σοφία pro ἐν σοφίᾳ. Revoca vs. 11. scripturam Codicis ἐπὶ τοὺς παῖδας χρήσεται. Ne Graecum quidem est quod reposuit Editor ἐπὶ τοῖς παισίν. Quod continuo sequitur βασανίζων ἐλευθερίαν ἀκραιφνοῦς αἵματος verba sunt sensu vacua. Quod dedit Interpres: »en voulant constater la *générosité* d'un sang pur" neque Graecis respondet neque sententiae satisfacit.

Vitiose abundat τε p. 26, 16. νοσήματα — ἰατροὶ μὲν παύουσιν ἐπαντλοῦντες [τε] ἢ ποτίζοντες ἢ ἐπιπλάττοντες, praeterea haud scio an non ἐπαιονοῦντες sit verius, ut passim medici αἰονᾶν dicuntur et καταιονεῖν et ἐπαιονεῖν. Elapsum erat idem verbum p. 70, 12. ubi τῷ ἐλαίῳ ἐπανεῖν Mynas dedit, sed ex Cod. Monacensi prodiit vera lectio ἐπαιονεῖν.

Pag. 26, 21. pro ἐκ τούτων μὲν οἶμαι ἀποδεδεῖχθαί μοι Mynas prius in apographo ἀρκούτως dederat, quod deinde ipse *correxit* scilicet. Repone: ἀρκούντως μὲν οἶμαι κτέ. *Satis* id sibi demonstratum esse videri Philostratus dixerat.

Misere habitus est locus p. 28, 2. et lacuna hians et supplementis interpolatus. ἰατρικὴν πᾶσαν ὁ αὐτὸς οὐδεὶς ἂν * * intercidit aliquid, sed quidquid supplebis obloquetur sibi Sophista, qui continuo addidit: καὶ μεγάλου ὄντος τοῦ κἂν σμικρόν τι αὐτῆς ἐξεργάσασθαι ὀρθῶς, φασὶν οἱ ἰατροὶ πᾶσαν γινώσκειν. Meum non est tantas componere lites. Hoc solum video ὀρθῶς in ὅμως mutandum et cum sqq. coniungendum esse. Ὀρθῶς enim verbo ἐξεργάζεσθαι inepte additur, quasi vero quis κακῶς posset aliquid ἐξεργάζεσθαι. In vs. 9. pro ἢ requiro καί: καὶ ὁ βαρύτερα γυμνάζων κτέ.

Ut saepe alibi, sic etiam p. 28, 13. aliquid de suo Mynas addidit contra loquendi usum. Editur: καὶ γὰρ οὐδ' ἓν ἂν γένοιτό τι τῶν τοιούτων μὴ προϋπάρχοντος τούτου δι' ὃ γίγνεται. Revocata lectione Codicis οὐδέν locum sic constitue: καὶ γὰρ οὐδὲν ἂν γένοιτο τῶν τοιούτων μὴ προϋπάρχοντος τοῦ (non τούτου) δι' ὃ γίγνεται. In talibus ante relativa articulus poni solet, ut in Platonis Philebo p. 37. E. ἡδονὴν περὶ τὸ ἐφ' ᾧ λυπεῖται. et apud Demosthenem p. 50, 24: προαπώλωλε τὸ

ἐφ' ὃ ἂν ἐκπλέωμεν. Quam saepe et quam graviter in talibus peccent librarii accurate ostendimus ad Hyperidis λόγον ἐπιτάφιον pag. 54. sq. quibus nunc novum e Demosthene exemplum addere iuvat. Editur in oratione περὶ τῆς εἰρήνης p. 57, 15: ἐκ δὲ τούτου συμβαίνει τὸν μὲν οἷς ἂν ἁμάρτητε ἐπιτιμῶντα εὐδοκιμεῖν —, τὰ δὲ πράγματα καὶ περὶ ὧν βουλεύεσθε ἐκφεύγειν ὑμᾶς. Deletis duobus verbis insiticiis πράγματα καί emenda: τὰ δὲ περὶ ὧν βουλεύεσθε. Plane idem est τὰ πράγματα et τὰ περὶ ὧν βουλεύεσθε. An tu putas igitur Demosthenem quasi diversa essent coniungere potuisse: τὰ δὲ πράγματα καὶ περὶ ὧν βουλεύεσθε?

Quod pro τοῦ substitutum est τούτου pervulgatus est scribarum error, quem saepius alibi notavimus. Nusquam ille error plus damni attulit quam in praeclaro loco Demosthenis περὶ τοῦ ςεφάνου pag. 214, 25. ubi editur: Μέχρι τούτου Λασθένης φίλος ὠνομάζετο Φιλίππου ἕως προὔδωκεν Ὄλυνθον κτέ. Visne Demosthenem ipsum audire? ter auctore Bakio τοῦ pro τούτου restitue et sic lege: Μέχρι τοῦ Λασθένης φίλος ὠνομάζετο Φιλίππου; ἕως προὔδωκεν Ὄλυνθον. Μέχρι τοῦ Τιμόλαος; ἕως ἀπώλεσε Θήβας. Μέχρι τοῦ Εὔδικος καὶ Σῖμος οἱ Λαρισαῖοι; ἕως Θετταλίαν ὑπὸ Φιλίππῳ ἐποίησαν. Eodem modo μέχρι τούτου est in libris Demosthenis pro μέχρι του pag. 208, 11. Sed redeo ad Philostratum.

Non sine mendo legitur p. 28, 18: ἡγώμεθα τὴν γυμναςικὴν ξυγγενεςάτην τε εἶναι καὶ συμφυᾶ τῶν ἀνθρώπων, nam genuinum est συμφυᾶ τῷ ἀνθρώπῳ.

Platonicum colorem habent quae sequuntur: λόγος ᾄδεταί τις ὡς γυμναςικὴ μὲν οὔπω εἴη Προμηθεὺς δὲ εἴη, quae adumbrata sunt ex Platonis Protag. p. 320. D: ἦν γάρ ποτε χρόνος ὅτε θεοὶ μὲν ἦσαν, θνητὰ δὲ γένη οὐκ ἦν, unde suspicor excidisse quaedam e Philostrateis in hunc ferme modum supplenda: λόγος ᾄδεταί τις ὡς (ἦν ποτε χρόνος ὅτε) γυμναςική κτέ. Non carent mendo sequentia: καὶ γυμνάσαιτο μὲν ὁ Προμηθεὺς πρῶτος, γυμνάσειε δὲ ἂν ἑτέρους Ἑρμῆς. Quid sibi vult ἄν, quaeso? Restitue: δε καὶ ἑτέρους. In reliqua parte loci et alia impedita et male composita sunt et hoc potissimum p. 30, 2: καὶ οἱ πλασθέντες γε ἐκ Προμηθέως — πλάττεσθαι ὑπὸ τοῦ Προμηθέως ᾤοντο. Facile credimus, sed quid hoc ad rem?

Emenda *καὶ οἱ γυμνασθέντες — πλάττεσθαι — ᾤοντο ἐπειδὴ τὰ σώματα αὐτοῖς ἡ γυμναςικὴ ἐπιτήδειά τε καὶ ξυγκείμενα ἐποίει.* Philostratus enim ita disserit: gymnasticam artem homini esse congenitam (*ξυμφυᾶ τῷ ἀνθρώπῳ*) et fabulam de Prometheo hinc esse natam. Prometheum enim quum corpora hominum exercendo formaret, ex eo luto, in quo exercerentur, eos *finxisse* visum esse. Praeterea corrige et distingue: (*ἄνθρωποι δὲ ἄρα οὗτοι* (*ἂν*) *εἶεν* (*ἐν*) *τῷ πηλῷ γυμνασάμενοι ἐν ᾧ ἦσαν*), in editis *ἂν* et *ἐν* male desiderantur.

Agnosco Philostratum p. 30, 6. in verbis: *Πυθοῖ μὲν οὖν καὶ Ἰσθμοῖ καὶ ὅποι ποτὲ τῆς γῆς ἦσαν ἀγῶνες τρίβωνα ὁ γυμναςὴς ἀμπεχόμενος ἀλείφει τὸν ἀθλητήν.* Mynas *ὅποι* in *ὅπη* mutavit: non fecisset si Philostrati scribendi genus cognitum habuisset. Solet enim perperam *οἷ* et *ὅποι* et *δεῦρο* scribere pro *οὗ*, *ὅπου*, *ἐνταῦθα*, ut diligenter demonstravimus in Mnemosyne Vol. VIII: p. 166 sq. Melius ineptum *ἦσαν* correxisset. Recte Interpres: »partout ailleurs *sur la terre* (omittere haec debuerat) où *il y a* des concours." Rescribe: *ὅποι ποτὲ τῆς γῆς εἰσὶν ἀγῶνες.*

In vicinis novae turbae p. 30, 14: *Εἶρκται γε οὖν ὑπὸ τρίβωνι ἐν Ὀλυμπίᾳ καὶ Πεισίδωρον τὸν ἑαυτῆς υἱὸν ἐγύμνασεν.* Quis concoquere potest *εἶρκται?* Interpres: »elle entra dans l'enceinte." Nihil minus significat *εἶρκται*, sed *inclusa est in septo*, et *perfectum* indicat illam quum haec scriberentur nondum ex illo septo exiisse. Nugae! Affulget lux ex Pausania V. 6. 8. (*ἡ Φερενίκη*) *προαποθανόντος αὐτῇ τοῦ ἀνδρὸς ἐξεικάσασα αὐτὴν τὰ πάντα ἀνδρὶ γυμναςῇ ἤγαγεν ἐς Ὀλυμπίαν τὸν υἱὸν μαχούμενον. Νικῶντος δὲ τοῦ Πεισιρρόδου τὸ ἔρυμα ἐν ᾧ τοὺς γυμναςὰς ἔχουσιν ἀπειλημμένους τοῦτο ὑπερπηδῶσα ἐγυμνώθη.* Hoc igitur est *septum*, in quo Pherenice inclusa spectavit filium. Itaque *εἴρχθη* certe emendandum. Filium Pausanias non *Πεισίδωρον* appellat sed *Πεισίρροδον* et hoc loco et VI. 7. 2. et erat Rhodius, quemadmodum et mater, de qua Philostratus ita scribit p. 30, 11: *Φερενίκη ἡ Ῥοδία ἐγένετο Διαγόρου θυγάτηρ τοῦ πύκτου καὶ τὸ ἦθος ἡ Φερενίκη οὕτω τι ἔρρωτο ὡς Ἠλείοις τὰ πρῶτα ἀνὴρ δόξαι.* Bona fide Interpres: »Phérénice avait *tant de force de caractère* que les Éléens la prirent d'abord pour un homme." quasi vero illa *vis*

animi oculis cernatur et foeminae, in quibus magna vis animi et constantia insit, corporis quoque virile robur soleant habere. Reponendum arbitror: καὶ τὸ σῶμα οὕτω τι ἔρρωτο.

Subridebis p. 32, 8. ad Interpretis versionem: »Moi, j'admets cette tradition, car *il vaut mieux être cru que de n'être pas cru.*" Iucundius est certe, ego tamen tenebo Epicharmeum: μέμνασ' ἀπιστεῖν. ἄρθρα ταῦτα τᾶν φρενῶν, et nihil ei credam. Verba Philostrati καὶ ξυγχωρῶ τῷ λόγῳ· βέλτιον γὰρ πιστεύεσθαι ἢ ἀπιστεῖσθαι, non ad ipsum Sophistam referenda sunt, sed ad id quod modo narraverat. *Satius* esse dicit *eam narrationem fidem invenire*, namque id athletis profuturum: ξίφος μὲν δὴ ἐπὶ τοὺς πονηροὺς τῶν ἀθλητῶν στλεγγὶς ἔστω.

Saltationem appellat p. 32, 15: τὸ ῥᾳθυμότερον τῶν ἐν εἰρήνῃ. Interpres: »la plus molle des occupations de la paix." sed sic ῥᾳθυμότατον erit legendum. Ecquis est qui nesciat quam saepe scribae illas formas temere et contra loci sententiam inter se permisceant? Vel in hoc brevi libello alterum huius confusionis exemplum est p. 94, 5: οἱ νόμοι τὸ πήδημα χαλεπώτερον ἡγούμενοι τῶν ἐν ἀγῶνι. Punctumne temporis dubitabis χαλεπώτατον esse revocandum? Sine mendo legitur p. 52, 8: τὸ κουφότατον τῶν ἐν ἀγωνίᾳ.

In eodem loco de saltatione Laconica p. 32, 17. legitur aliquid quod plane sensu vacuum est. Nisi forte tu intelligis quid sit ὀρχούμενοι τρόπον ὅν τις ἀρθήσεται ἀπὸ τῆς γῆς. Intelligi potest id quod Interpres dedit: »la manière dont on doit *ramasser à terre un projectile.*" sed nihil huiusmodi est in Graecis. Confudit ἄρασθαι et ἀρθῆναι. Ἀρθῆναι ἀπὸ τῆς γῆς est *sublimem tolli, in aërem evolare*, quod volucrum magis est quam saltatorum.

Mynas supplevit τὸ ἐπελθόν p. 34, 2: Γλαῦκον τὸν Καρύστιον ἀπιστούμενον ἐν Ὀλυμπίᾳ τὴν πυγμὴν τῷ ἀντιπάλῳ Τισίας ὁ γυμναστὴς εἰς νίκην ἤγαγεν. Commentus est Interpres quoque aliquid: »qui à Olympie *reculait* au pugilat *devant son adversaire.*" Quis haec serio legat? Itaque nunc quidem βέλτιον ταῦτα ἀπιστεῖσθαι ἢ πιστεύεσθαι.

Multa alia Mynas in vicinia interpolavit quae partim ipse in sua editione resecuit, sed restat bona pars quae nos legen-

les, nisi cavebimus, probe ludificabitur. Tractavimus ex his iam nonnulla in superioribus. Unum nunc addam ex pag. 34, 11: Ἀριςίωνα — ἤδη ἀπαγορεύοντα Ἐρυξίας ὁ γυμναςὴς εἰς ἔρωτα θανάτου κατέςησεν ἀναβοήσας ἔξωθεν »ὡς καλὸν ἐντάφιον ἐν Ὀλυμπίᾳ μὴ ἀπειπεῖν." Vehementer mihi suspecta sunt verba μὴ ἀπειπεῖν. Gymnastae dictum adumbratum est ex notissimo: καλὸν ἐντάφιον ἡ τυραννίς, quod plurimorum imitatione celebratissimum nescit nemo. Omnibus innotuit ex Isocratis Archidamo § 44—46, vide et Aelian. V. H. IV. 8. et Wyttenbach. ad Plutarchi Moral. p. 175. D. Multorum imitationes collegit Wesseling. ad Diod. Sicul. Tom. I. p. 412. In his omnibus ἐντάφιον necessario cum *exitii* mentione coniungitur, nam sunt ἐντάφια, opinor, τῶν τεθνηκότων. Sic Polybius XV. 10. a Wesselingio laudatus: κάλλιςον ἐντάφιον ἕξουσι τὸν ὑπὲρ τῆς πατρίδος θάνατον. Substitue aliud quid praeter *necem* et *exitium*, ridicule ἐντάφιον commemorabitur. Itaque καλὸν ἐντάφιον τὸ ἐν Ὀλυμπίᾳ τεθνάναι vel ἀποθανεῖν quid sit intelligo, τὸ ἐν Ὀλυμπίᾳ μὴ ἀπειπεῖν quomodo καλὸν ἐντάφιον dici possit non intelligo. Scire pervelim an Gallorum quisquam *intelligat* haec verba: »C'est un *beau linceul* de ne pas *lâcher pied* à Olympie." Inspectus Codex solus hanc ἀπορίαν cum multis aliis solvere poterit.

Excidit vocula p. 34, 19: λόγον οὐκ ἀληθῆ πλείςου δὲ ἄξιον τῷ ἐρῶντι. Supple οὐκ ἀληθῆ (μὲν) κτἑ.

Ultro corrupit Editor Philostrati verba p. 36, 2: Μανδρογένους δὲ τοῦ Μάγνητος αὐτὸς ἤκουσα τὴν καρτερίαν, ᾗ ἐκέχρητο ἀφ' ἡλικίας εἰς τὰ παγκράτια, τῷ γυμναςῇ ἀνατιθέντος. Quis novit quid sit ἀφ' ἡλικίας? Interpres »*dès son enfance*" reddidit, quae est arbitraria et nullo fundamento nixa interpretatio. Rescribendum est ἐφ' ἡλικίας, quod eodem sensu dicitur atque ἐπὶ νεότητος, ἐπὶ γήρως, ac similia. Mandrogenes senex exacta aetate Philostrato narravit gymnastae se debuisse illam invictam in laboribus perferendis constantiam, qua olim *in flore ac robore aetatis* (ἐφ' ἡλικίας) usus esset.

Minoidea supplementa caliginem iterum offundunt p. 36, 10. in verbis ἀγωνισάμενος εἰς δεύτερον ἆθλον, quae non est Graeca loquendi forma. Excidisse aliud quid monstrant sequentia: κειμένου παρ' αὐτοῖς νόμου δημοσίᾳ ἀποθνήσκειν τὸν

μετὰ νίκην ἡττώμενον. Non potuit enim *παρ' αὐτοῖς* scribere nisi antea dixisset apud quos Attalus cum capitis discrimine iterum certaverit. Suspicor Πλαταιᾶσιν excidisse ex iis quae leguntur p. 12, 12: *διὰ τὸν νόμον τὸν ἐπὶ τοῖς ἀγωνιουμένοις κείμενον, ὡς νενόμικεν ἡ Πλάταια. τὸν γὰρ ἤδη παρ' αὐτοῖς ἐστεφανωμένον, εἰ ἀγωνίζοιτο αὖθις ἐγγυητὰς ἔδει καταστῆσαι τοῦ σώματος· θάνατος γὰρ ἡττωμένῳ προσετέτακτο.*

Non sine risu cum his comparabis ea quae leguntur: p. 36, 13: *νεκρὸν γὰρ νομίζεσθαι πρότερον ἢ ἐγγυητὰς καταστῆσαι τοῦ σώματος.* Pendent haec sic scripta a verbis *κειμένου παρ' αὐτοῖς νόμου.* Itaque lex dicitur fuisse ut priusquam praedes dedisset *pro mortuo haberetur.* Itaque postquam populo praedibus cavisset videbatur *reviviscere.* Apage ineptias. Nihilo melius Interpres: »en effet, *on le tenait d'avance pour mort*, ou bien il devait donner des garants pour son corps." Sed non prius quam praedes dedisset de capite dimicabat. Quid plura? Reddamus Mynae sua supplementa et ex ipsa loci sententia reponamus: *οὐ γὰρ ἐξῆν αὖθις ἀγωνίζεσθαι πρότερον ἢ ἐγγυητὰς καταστῆσαι τοῦ σώματος.*

Manifestum tenemus falsarium pag. 36, 17. In apographo dedit *τοῖς γὰρ ἅπτεσθαι διανοουμένοις ἔργου μείζονος εὔελπι, οἶμαι, τὸ μὴ ἀπιστεῖσθαι,* deinde in sua editione exhibuit: *τοῖς γὰρ ἅπτεσθαι διανοουμένοις ἔργου μείζονος δεῖ πάντα τολμᾶν προκινδυνεύουσιν.* Utramque scripturam vitiosam et commenticiam esse non est opus multis verbis docere. Εὔελπι positum est contra Graecorum usum pro *ἀγαθὴν ἐλπίδα ὑποβάλλον*: turpius etiam est *τοῖς διανοουμένοις δεῖ* pro *τοὺς διανοουμένους.*

Ex Platonis imitatione fluxit quod legitur p. 38, 1: *ἐπεὶ δ' ἐπιρρεῖ τῶν τοιούτων ὄχλος*, quod sumtum est ex noto Phaedri loco p. 229 D: *ἐπιρρεῖ δὲ ὄχλος τοσούτων Γοργόνων κτέ.* quem et alii plurimi imitando expresserunt.

Corrige vitiosum accentum p. 40, 1: *ἕτερα δὲ ξανθῶν (ὀφθαλμῶν ἤθη) καὶ ὑπεστιγμένων, προπάλων τε καὶ κοίλων*, nam *προπαλῶν* scribendum est a *προπαλής*, quod recte reposuit Editor p. 48, 7: *προπαλὴς φάρυγξ*, quum in apographo reperisset *πρὸ πάλης.* Utar ea occasione ut ipse errorem castigem, quem olim in Luciano commisi. In *Muscae encomio*

57, 3. dicuntur esse muscae *ὀφθαλμοὶ προπαγεῖς πολὺ τοῦ κέρατος ἔχοντες*. Quoniam *προπαγεῖς* nihili vocabulum est, reponendum esse dixi (in Var. Lectt. p. 192.) *προπετεῖς*. Vel me tacente nunc apparet *προπαλεῖς* veram scripturam esse.

Venuste dictum est quod sequitur p. 40, 2: *ἡ γὰρ φύσις ὥρας μὲν ἄστροις ἐσημήνατο, ἤθη δὲ ὀφθαλμοῖς*; sed reliqua sunt Minoidea: *ἤθη δὲ αὐτῶν σώματος — ὧδε ἐπισκεπτέον*, in quibus nihil sani inest. Dixerat nescio quid de proportione et analogia partium corporis, quam in sqq. ita explicat ut dicat oportere *μετάφρενα θεωρεῖσθαι πρὸς τὰ ἕτερα*, quae Interpreti significare videntur: »l'un des côtés du dos doit être comparé à l'autre." Sed neque ea sententia probabilis, ut opinor, est, neque quidquam huiusmodi est in Graecis. Suspicor in Codice exaratum esse *μετάφρενα θεωρεῖσθαι πρὸς τὰ στέρνα*.

Haereo iterum in vicinis p. 40, 7: *κεφαλήν τε σχῆμα τοῦ παντὸς οὖσαν πρὸς ταῦτα πάντα ἔχειν ξυμμέτρως*. Interpres: »la tête, qui est *une image de tout le corps.*" An tu haec intelligis? Nihil superesset difficultatis si legeretur: *πρόσχημα τοῦ παντὸς οὖσαν*, vide Wesseling. ad Herod. V. 28.

Sequitur locus quem supra tractavimus, et ubi *ἀποδῦσαι* et *ἐς δοκιμασίαν καταστῆναι τῆς φύσεως* emendanda esse ostendimus. Reliqua multo etiam foedius corrupta et interpolata sunt. Alia ex aliis commentus est Mynas, sed ea quoque quae probata retinuit scatent mendis et lumine cassa sunt. Bonum factum quod ex his quamquam pessime depravatis tamen pellucet Attica quaedam loquendi forma et perelegantis Atticae compositionis artificium, quod ubi semel indagaveris non erit difficile negotium primum summam sententiae Philostrati constituere ac deinde eius verba revocare. Proponam primum illius compositionis, quam in loco vitiato pellucere dixi, aliquot exempla. Permulta sunt apud Demosthenem, unde nonnulla adscribam. Legitur in oratione *περὶ τοῦ στεφάνου* p. 229, 25: *οὐ γὰρ δήπου Κτησιφῶντα μὲν δύναται διώκειν δι' ἐμέ, ἐμὲ δ' αὐτὸν οὐκ ἂν ἐγράψατο*, et p. 288, 9: *οὐκ εἶπον μὲν ταῦτα οὐκ ἔγραψα δέ, οὐδ' ἔγραψα μὲν οὐκ ἐπρέσβευσα δέ, οὐδ' ἐπρέσβευσα μὲν οὐκ ἔπεισα δὲ Θηβαίους*, et p. 321, 22: *καὶ οὐχ ὁ μὲν δῆμος οὕτως οἱ δὲ τῶν τετελευτηκότων πατέρες καὶ ἀδελφοὶ ἄλλως πως*, et in oratione pro Rhodiis p. 192, 9:

καὶ οὐκ ἐγὼ μὲν εἶπον ταῦτα, ὑμῖν δ' οὐκ ἐδόκουν ὀρθῶς λέγειν, et passim alibi Demosthenes simili compositione utitur. Sic et Isocrates, et Plato, et quicumque elegantiore et exquisitiore verborum structura delectantur et delectant, solent ex praemissa negatione *οὐ*, *οὐ γάρ*, *οὐ γὰρ δή*, *οὐ γὰρ δήπου* ita suspendere duas enuntiationes alteram *aientem* (ut appellant), alteram negantem ut acriter dicatur et ostendatur non minus posterius quam prius verum esse. Addo locum ex Hyperidis oratione *ὑπὲρ Εὐξενίππου* § 26: *Οὐ γὰρ δήπου Ὀλυμπιάδι μὲν τὰ Ἀθήνησιν ἱερὰ ἐπικοσμεῖν ἔξεστιν, ἡμῖν δὲ τὰ ἐν Δωδώνῃ οὐκ ἐξέσται*, et § 28: *καὶ οὐ σὲ μὲν οὕτως οἴομαι δεῖν πράττειν, αὐτὸς δὲ ἄλλον τινὰ τρόπον τῇ πολιτείᾳ κέχρημαι.* Obiter redde necessariam in tali re voculam Lysiae VIII. 7. *οὐδὲ γὰρ ὑμᾶς (μὲν) σοφωτάτους ἑώρων ὄντας, ἐμὲ δ' ἀμαθέστατον*; recte statim legitur: *οὐδ' αὖ ὑμᾶς μὲν ὑπερευδοκιμοῦντας ἐμαυτὸν δὲ διαβεβλημένον, οὐδὲ τὰ μὲν ἐμὰ πράγματα κινδυνεύοντα τὰ δ' ὑμέτερα ἀσφαλῶς ἔχοντα.* Eadem igitur compositionis forma Philostratus usus est, quam Mynas plane obscuravit ac perdidit quum tamquam ex Codice exhiberet p. 40, 12: *καὶ πρὸς ὅ. ὅ π ο υ γ ὰ ρ δ ε ῖ κυνῶν τε καὶ ἵππων τοιοῦτον εἶναι προσήκει λόγον*, quum haec sit proba ac genuina scriptura: . . . *καὶ πρὸς ὅ τι. ο ὐ γ ὰ ρ δ ὴ κυνῶν μὲν καὶ ἵππων τοιοῦτον εἶναι προσήκει λόγον* — —, *ἀνθρώπων δὲ ἀκρίτους εἶναι, οὓς δεῖ ἐν Ὀλυμπίᾳ καὶ Πυθοῖ ἀθλεῖν.* Tamquam oculis cernimus quomodo *ὅ τι. οὐ γάρ* abierit in *ὅ. ὅπου γάρ*. Verborum *δή* et *δεῖ* perpetua est in libris confusio. Itaque sic de sententiae summa et conformatione satis constat. Frequens est illa Veterum querela in canibus et equis diligentius quam in hominibus generosam stirpem et indolem spectari solere. Nota sunt Theognidea:

Κριοὺς μὲν καὶ ὄνους διζήμεθα, Κύρνε, καὶ ἵππους
εὐγενέας, καί τις βούλεται ἐξ ἀγαθῶν
βήσεσθαι, γῆμαι δὲ κακὴν κακοῦ οὐ μελεδαίνει
ἐσθλὸς ἀνήρ, ἤν οἱ χρήματα πολλὰ διδῷ.

ubi similia apposuit Welckerus. In singulis autem sententiae partibus quid dixerit Philostratus constituere et Mynae supplementa a genuinis discernere periculosae plenum opus aleae est, adeo inter se discrepant ea quae prius Mynas transscripserat et quae postea probata recepit. Equidem in utraque

scriptura aliquid commenticium inesse suspicor propter dictionis salebras, cuiusmodi est p. 40, 13: *κυνῶν μὲν καὶ ἵππων τοιοῦτον εἶναι προσήκει λόγον κυνηγετικοῖς τε καὶ ἱππικοῖς*, quae Interpres ita reddidit: »lorsqu'on a besoin de chiens ou de chevaux, les chasseurs ou les palefreniers *doivent raisonner de la manière suivante.*" quae minime Graecis respondent, ut vides. Sed illa Graeca non habent Graecum colorem, et ubi videris Mynam prius dedisse: *κυνῶν τε καὶ ἵππων* [*τὸ ὡρισμένον εἶναι συμφέρει γε*] *κυνηγετικοῖς τε καὶ ἱππικοῖς* non multum dubitabis quin et haec et illa ex eadem officina prodierint. Paulo certiorem fidem haec habent p. 40, 14: *ὡς μὴ ἐπὶ πᾶσαν ἰδέαν μηδὲ ἐπὶ πάντα τὰ θηρώμενα τοῖς αὐτοῖς ἀλλὰ τοῖς μὲν ἐς τόδε τοῖς δὲ ἐς τόδε τῶν κυνηγετικῶν χρῆσθαι*: perperam enim Editor *ex emendatione τὸν κυνηγετικόν* reposuit: in superioribus requiro *ἐπὶ πᾶσαν* (*θήρας*) *ἰδέαν*. Caeterum de scripturae fide ita demum constabit ubi aut Dubnerus aut alius quis *τῶν ἐπαϊόντων τούτου πέρι* eruditis oculis ipsum Codicem perscrutatus fuerit.

Postquam dixerat Sophista oportere *ἀποδῦσαι τὸν γυμναζόμενον καὶ ἐς δοκιμασίαν καταστῆναι τῆς φύσεως*, demonstrare coepit etiam *ulterius progredi* oportere *καὶ ἐκ γονῆς ἀνθρώπου προσήκειν ἄρχεσθαι καὶ ἐκ γονέων τὸν παῖδα ὁρᾶν* p. 42, 17. in qua re Lycurgi sapientiam praedicat. Hinc intelligitur errare Interpretem ubi verba: *καίτοι καὶ πρεσβύτερον τούτου ὃ καὶ Λυκούργῳ ἐδόκει*, ita vertit: »il y a une chose *encore plus respectable* à laquelle Lycurgue avait déjà pensé." *Πρεσβύτερον* est id quod *altius* etiam est *repetitum*, quum puer non ex se ipse sed ex parentum corporibus spectatur. In iis, quae de ea re scripsit Philostratus, pullulant Mynae supplementa cum Graecitatis et sententiae detrimento et exitio. Alia hiant lacunis, veluti p. 44, 3: *καὶ παιδία μὲν ὄντα ἀφανῶς ὑποδέδυκε, μεταβολὴν ἴσχοντος τοῦ αἵματος ἐν ταῖς τῆς ἡλικίας τροπαῖς*, ubi permulta inter *ὑποδέδυκε* et *μεταβολήν* desiderantur. Commentus est Mynas aliquid quod vide in Darembergi praefat. p. XVI. unde nihil proficimus. Etiam quae edita sunt non satisfaciunt. Res enim ipsa loquitur *τὰ νοσήματα*, quae dicit Philostratus, non *ἀφανῶς παιδία ὄντα ὑποδεδυκέναι*, (Interpres: »ces maladies se sont introduites dans le corps des enfants

sans qu'on s'en soit aperçu.") sed esse ea, ut Graeci loquuntur, *συγγενικὰ ἀρρωστήματα* et ingenita. Alia tam deformia sunt ut omnem emendandi spem praecidant, veluti p. 44, 4: *Νέων τε δὲ γονέων* [*σπορὰ* addit Editor] *ἣν ἄμφω καὶ γενναῖοι ξυνέλθωσιν κτέ.* Similia leguntur in vicinia, quae iam supra attigimus. Conclamata haec sunt ac deposita, et *satius non tangere* clamant.

Non satis cavit Editor p. 46, 1. quum exhiberet *e coniectura*: *Ἡ μὲν οὖν γενναία σπορὰ καὶ νεανίας ὁποίους ἀνήσει δεδήλωκα*, id est, ipso interprete: »j'ai déjà exposé *quels jeunes gens* produit une bonne et jeune race." Quid igitur sibi vult *καί* in *καὶ νεανίας ὁποίους ἀνήσει?* In Codice et apographo legitur *γενναία σπορὰ καὶ νεᾶνις*, quae optima lectio est. Adiectivum esse quis nescit *ὁ νεανίας, ἡ νεᾶνις iuvenilis*, ut *λόγοι νεανίαι, νεανίαι ὦμοι, βραχίονες*, et *νεάνιδες ἧβαι?* Praeterea offendit me futurum *ἀνήσει*, quasi vero *numquam antea* id evenisset. Interpres igitur *praesens* posuit. Non potuisset sine risu futurum ponere. Atqui Graecitatis eadem ratio est: itaque repone: *ὁποίους ἀνίησι δεδήλωκα.*

Quam multae sunt lectiones aegrae ac male sanae in iis, quae continuo sequuntur! Ex uno disce caetera: *οὐδὲ ἐπανθοῦσιν οὗτοι τοῖς πόνοις*, inquit (p. 46, 9.), *εἰ μὴ ἀμύνοιμεν τοὺς ἱδρῶτας.* Interpres: »à moins que nous les empêchions [de suer]." Hoccine est *ἀμύνειν τοὺς ἱδρῶτας?* Pro *ἀμύνοιμεν*, quae Editoris est correctiuncula, in apographo est *ἀμύνητοι μέν.* Mynas *εἰ μή* de suo inseruerat prius, deinde ea verba resecuit. Quidquid attigeris ulcus est. Eiusdem monetae sunt vs. 10: *τινὲς οὐδὲ ἐπιτήδειοι ἆραι οὐδέν*, id est, si Interpreti credis: »inhabiles à soulever le moindre fardeau." Ergo *ἐπιτήδειος* est *δυνατός*, et *ἆραι* idem quod *ἄρασθαι?* Cras credam. Eiusdemmodi est vs. 13, *τὸ γὰρ* (Editor *τοῦτο γάρ*) *ἐς ἄνδρα οὐ βεβαιοῖ* id est: »car un corps ainsi fait ne forme pas un homme robuste." haec quoque sunt *τοῦ πονηροῦ κόμματος.* In reliquis, quae saniora sunt, requiro unam voculam: *ἐγὼ δὲ τούτους πάντων* (*μὲν*) *ἀπαξιῶ τῶν ἐν ἀγωνίᾳ, παγκρατίου δὲ καὶ πυγμῆς μάλιστα.* Simillimus locus p. 54, 10. mendo vacat: *παχυκνήμους δὲ οὐδ' ἄλλου μὲν οὐδενὸς τῶν ἐν ἀγωνίᾳ ἀξιῶ, πυγμῆς δὲ ἥκιστα.* Deinde lege vs. 16: *γυμναστέοι δὲ ὅμως μᾶλ-*

λον δὲ κολακευτέοι τῷ γυμνάζοντι, non κολακευτέον.

Soloecum est quod legitur p. 48, 5: κἂν ἔμπνουν ποτὲ ὑπὸ τοῦ γυμναστοῦ γεγένηται, imo vero γένηται. Vicina ulcus ὕπουλον alunt vs. 6: χαλεπὰ γὰρ συμβαίνει τὰ μὴ εὖ φύντα.

Pervulgati erroris novum exemplum est p. 48, 9: καὶ οἱ ξυγκεκλιμένοι τὰ πλευρὰ καὶ (οἱ inserendum) ἀναπεπταμένοι ὑπὲρ τὸ μέτριον πολλὰ τοῦ νοσώδους ἐπισημαίνουσιν. Mendosum est ξυγκεκλιμένοι. Scribae solent Atticam perfecti formam κέκλῃμαι passim in simplici verbo et in compositis deformare in κέκλειμαι et κέκλιμαι. Restitues locum in integrum scribendo: οἱ ξυγκεκλῃμένοι τὰ πλευρά, quibus e regione opponuntur οἱ ἀναπεπταμένοι ὑπὲρ τὸ μέτριον.

Difficile est non subridere ad ea quae leguntur p. 48, 20: Ἔστω ὁ μὲν τὰ πέντε ἀγωνιούμενος βαρὺς μᾶλλον ἢ κοῦφος καὶ κοῦφος μᾶλλον ἢ βαρύς. Fideliter Interpres: »Celui qui veut se livrer au pentathle doit être *plutôt lourd que léger*, et *plutôt léger que lourd.*" Hoc vero est sibi non constare. Exspecto quomodo haec sint excusaturi qui manifesta emblemata expungere *contra librorum fidem* non audeant.

Quae sequuntur turbida esse et Minoidea demonstrat mira scripturae in apographo discrepantia. Pro μὴ κεκολασμένος. Ἐχέτω καὶ τοῖν σκελοῖν μακρῶς μᾶλλον ἢ ξυμμέτρως (p. 50, 1.) prius dederat: καὶ τήν τε ἐκ γαστρὸς ὄγκωσιν τοῖν δὲ σκελοῖν μακρῶς μᾶλλον ἢ ξυγκειμένως [ἐχέτω]. Deinde pro καὶ τῆς ὀσφύος ὑγρῶς τε καὶ εὐκόλως διά τε τὰς ὑποστροφὰς κτέ. ab initio descripserat: τώ τε βραχίους εὐπεριηγῶς μᾶλλον ἢ ὡς συγκεκλῖσθαι διά τε τὰς ὑποστροφάς. Satin' manifestum est hominem non librum veterem Ms. sequi sed temere quidquid in buccam venerit de suo comminisci? Post pauca vs. 5. pro ἀλυπότερον δὲ πηδήσει requiro probam formam πηδήσεται. Veteres enim et probati scriptores omnes πηδήσομαι dixerunt. In Theophrasti Codice Palatino in capite περὶ μικροφιλοτιμίας recte legitur: καὶ κολοιῷ δὲ ἔνδον τρεφομένῳ δεινὸς κλιμάκιον πρίασθαι καὶ ἀσπίδιον χαλκοῦν ποιῆσαι, ὃ ἔχων ἐπὶ τοῦ κλιμακίου ὁ κολοιὸς πηδήσεται, inconsulto homines docti πηδήσει reponendum censuerunt. Deinde vs. 7. rescribe διασκεύσει γὰρ πολλῷ ἄμεινον ἦν κτέ. pro διασκευεῖ. Emendate legitur statim: εὐκολώτερον κινήσει τὸ ἀκόντιον.

Excidit articulus p. 52, 2: ἐκ χρόνων οὓς Λεωνίδας ὁ Ῥόδιος ἐνίκα. Philostrateae locutiones sunt κατὰ τοὺς χρόνους οὓς pro ὅτε, et ἐκ τῶν χρόνων οὓς pro ἐξ οὗ vel ἐξ ὅτου. vide quae annotavimus in Mnemosyne Tom. VIII. p. 148. Sic loquitur etiam p. 6, 17: κατὰ τοὺς χρόνους οὓς ἡ Ἀργὼ ἔπλει. Non memini me talia apud alium scriptorem legere. Repone et nunc: ἐκ τῶν χρόνων οὓς Λεωνίδας ἐνίκα. Brevi post vs. 4. scribe: διακριτέοι δ' ὅμως οἵ τε καθ' ἓν ἀγωνιούμενοι ταῦτα καὶ οἱ ὁμοῦ πάντα pro ἀγωνισόμενοι et χοἱ ὁμοῦ, quod Editori debetur pro καὶ ὁμοῦ. Crases istiusmodi non sunt in soluta oratione usitatae. Iterum sic peccatur p. 44, 1: ubi κἀς ὦτα dedit Editor pro καὶ ὦτα, quum καὶ ἐς ὦτα debuisset, et p. 88, 13. ubi κἀξικμαστέοι male editur.

In cursore clypeum ferente requiritur p. 52, 6: ὦμος εὐτραφὴς καὶ σιμὴ ἐπιγουνὶς ἵν' εὐφοροῖτο ἡ ἀσπὶς ἀνεχόντων αὐτὴν τούτων. Regio ferax vel vitis recte dicitur εὐφορεῖν, sed ἡ ἀσπίς, quae bene fertur, dicenda est εὖ φορεῖσθαι. Itaque rescribe ἵν' εὖ φοροῖτο ἡ ἀσπίς. Mirarer ni in Codice emendata lectio exstaret. Omnino illa pars vetusti libri integra superesse videtur: omnia sana sunt et scite venusteque scripta. Nil praeter unam voculam desidero in his p. 52, 8: κράτιστοι μὲν καὶ οἱ ξύμμετροι, βελτίους δὲ τούτων οἱ μὴ ὑπερμήκεις ἀλλὰ μικρὸν τῶν ξυμμέτρων εὐμηκέστεροι, ubi suppleverim: βελτίους δ' ἔτι τούτων.

Monstrum lectionis est male ab Editore procuratum p. 54, 4: καὶ τὸν βραχίονα μὲν ἀναρρεπῆς καὶ τοὺς ὤμους. In apographo est μῆνας ἀνωφριγγῆς, deinde *correctum* scilicet μὲν ἀνερριπῆς, unde Editor μὲν ἀναρρεπῆς exsculpsit, quod mirifice vertit: »que le bras, ainsi que les épaules, *aient de la tendance a remonter.*" quod quid sit οὐδ' ἂν Ἀπόλλων μάθοι, ut apud Comicum est. Videtur a verbo ἀναρρέπειν formasse illud portentum Burnovio non indignum. Nil cedit Mynas qui βραχίονα ἀσφιγγῆς edidit. Satius erat tacere quam talia dicere. Veram lectionem Codex a peritioribus inspectus indicabit. Eadem opera vs. 16: Γαστὴρ δὲ ἀρίστη μὲν ἡ ὑπεσταλμένη· κοῦφοι γὰρ δὴ οὕτως οἵδε καὶ τὸ πνεῦμα ἀγαθοί, inspicito mihi aliquis vetustum librum an non exhibeat οἱ τοιοίδε pro οὕτως οἵδε.

In vicinia novae turbae et atrae tenebrae oboriuntur. Transimus enim iterum ex splendore Philostrateae dictionis, quae comtior quidem est et affectatior sed perspicua, in commentorum caliginem. Si quis vult perdere operam sumat sibi ad interpretandum haec verba p. 56, 18: *Οἷς δὲ ἂν βαθεῖαι τύχωσι καὶ ἐπικυμαίνουσαι ἐκθερμαίνουσι τούτοις τὸ εὔδιον τῶν χειρῶν πνεῦμα* (»elles échauffent le pneuma tiède des mains") *καὶ τὸν βραχίονα προηκόντων μὲν ὑπονεάζουσι· νεαζόντων δὲ λήγουσιν, ὁρμητήν τε φαίνεσθαι καὶ ἐν ἐπαγγελίᾳ πάλης.* Vix haec sine vertigine lego et describo. Nihil me recreat haec interpretatio: »cette circonstance rajeunit le bras quand les athlètes commencent à se faire vieux; mais, quand ils sont jeunes, elle les empêche de paraître pleins d'ardeur, et de prendre l'attitude qui annonce la lutte." Ubi estis Gallorum filii, qui urbanissime quidquid est inficetum et stultum dictis veluti telis configere soletis? Utrum haec Philostratum scripsisse an Mynam somniasse putatis? Nihil accurata et solida Graecitatis intelligentia opus est, satis est *μὴ κακῶς φρονεῖν* ut de his iudicium feratis. Sed refero gradum ad ea quae in apographo omissa in Mynae editione primum prodierunt pag. 56, 16. inter *εὑρεῖαι φλέβες* et *ὥσπερ οἱ κιρσοί* exciderant propter *ὁμοιοτέλευτον* haec verba: [*ἄρχουσαι μὲν ἐξ αὐχένος καὶ δέρρης* (*δείρης*) *μία ἑκατέρωθεν ἐπιβᾶσαι δὲ τοῦ ὤμου, κατιᾶσιν ἐπὶ τὼ χεῖρε, βραχίονί τε καὶ ὠλέναις ἐμπρέπουσαι. Οἷς μὲν δὴ ἐπιπόλαιοί τέ εἰσι καὶ τοῦ μετρίου ἐπιφανέςεραι οὔτε ἰσχύν τε παρ' αὐτῶν ἄρνυνται καὶ ἀηδεῖς ἰδεῖν αἵδε φλέβες,*] *ὥσπερ οἱ κιρσοί.* Haec igitur Editori e scholio in margine adscripto irrepsisse videntur. »*Cette addition*," inquit, (in praef. pag. xvii.) *a toutes les allures d'une scholie marginale.*" Mihi contra videtur. Philostratea sunt, me iudice, omnia sed Mynae erroribus vitiata. Vide quam apte nunc connectantur: *οἷς μὲν δὴ ἐπιπόλαιοί τε εἰσὶν* (*αἱ φλέβες*) *καὶ τοῦ μετρίου ἐπιφανέςεραι* et: *οἷς δὲ ἂν βαθεῖαι τύχωσι καὶ ὑποκυμαίνουσαι*, nam sic pro *ἐπικυμαίνουσαι* emendandum esse ipsa oppositio clamat, et lubenter Philostratus verbo *ὑποκυμαίνειν* uti solet. Recipienda igitur haec censeo, sed hic illic emendata: corrige enim *κατιοῦσαι δὲ ἐπὶ τὼ χεῖρε* pro *κατιᾶσιν* nihili vocabulo. Graecum est *κατίασιν descendent* vel *καθιᾶσιν demittunt*. Deinde *οὔτε ἰσχύν*

τινα scribe pro *τε* et quaere quid sit pro *ἄρνυνται* restituendum, nisi malis credere eum *cui vires addantur* Graece dici posse *ἰσχὺν ἄρνυσθαι*. Postquam ex his angustiis emerseris lux affulget p. 58, 2. donec iterum haereas p. 58, 19: *κρινέτω δὲ αὐτὰ* (*τὰ νῶτα*) *μὴ κοίλη ῥαχὶς*, quae certe non significant: »c'est au peu d'excavation du rachis *qu'on reconnaît un pareil dos.*" Praecedit enim: *νῶτα δὲ χαρίεντα μὲν* (*τὰ* adde) *ὀρθά, γυμναστικώτερα δὲ τὰ ὑπόγυρα*. Haec autem, credo, non ex spina sed satis ex se ipsa spectantur. Adde praepositionem et locus apertus erit: *διακρινέτω δὲ αὐτὰ μὴ κοίλη ῥαχίς*. Egregie hanc suspicionem confirmat vocabuli *ῥαχίς* etymon ab Apollodoro fictum in Etymol. M. p. 702, 44: *Ῥαχὶς — ἀπὸ τοῦ ῥῆξις εἶναι καὶ τὰ δεξιὰ μέρη διακρίνειν ἀπὸ τῶν εὐωνύμων*.

Quod p. 60, 8. e vitiosa lectione *ὑπόλισφρα* Editor elicuit *ὑπόλισπα*, melius formam Atticam reposuisset, quae est *ὑπόλισφα*.

Errore pervulgato scribitur p. 60, 18: *ἢν ὀρθῶς ὁ μηρὸς ἐποχῆται τῆς ἐπιγουνίδος*. Recte Interpres: »si la cuisse s'appuie *droite* sur la rotule." Itaque *ὀρθός* pro *ὀρθῶς* necessario est emendandum. Mirum est quam saepe eadem chorda scribae oberraverint. Dabo unum de multis: in Xenophontis Anabasi IV. VIII. 20: *καὶ ὀρθὸς οὐδεὶς ἐδύνατο ἵστασθαι*, in optimis libris est de more *ὀρθῶς*. Quominus dubitabis *ὀρθός* reponere, sicubi *ὀρθῶς* contra loci sententiam legitur, ut apud Aristophanem in Pace vs. 161:

> *ἀλλ' ἄγε, Πήγασε, χώρει χαίρων —*
> *ἵει σαυτὸν θαρρῶν ἀπὸ γῆς,*
> *κᾆτα δρομαίαν πτέρυγ' ἐκτείνων*
> *ὀρθῶς χώρει Διὸς εἰς αὐλάς.*

ecquis nunc praesertim admonitus dubitabit poëtae suum *ὀρθός* restituere?

Desidero praepositionem p. 60, 18: *σκέλη δὲ μὴ ὀρθὰ τῶν σφυρῶν ἀλλὰ λοξά τε καὶ εἰς τὸ εἴσω διανενευκότα*. Supple *ὀρθὰ* (*ἐκ*) *τῶν σφυρῶν*.

Iterum superlativus in comparativum abiit p. 62, 5: *τελεώτεροι τῶν παγκρατιαστῶν οἱ ξυγκείμενοι παλαιστικώτερον ἢ οἱ πύκται, πυκτικώτερον δὲ ἢ οἱ παλαίοντες*. Corrige *τελεώτατοι*,

et inserta vocula *παλαιςικώτερον* (*μὲν*) *ἢ κτέ.*

Non perfecit emendationem Editor p. 62, 9: *γενναῖοι τῶν ἀθλητῶν καὶ οἱ ἐν μικρῷ μεγάλοι· τούτους δὲ ἡγώμεθα τοὺς ὑποδεεςέρους μὲν τὸ μέγεθος ἢ τετράγωνοί τε καὶ σύμμετροι, τὸ δὲ σῶμα διηρθρωμένους μεγαλοειδῶς.* Non satis est enim *εἰ τετράγωνοι* reponere: duabus litterulis repetitis legerim: *εἴγε τετράγωνοί τε καὶ σύμμετροι.*

Praepositiones inter se confusae sunt p. 62, 19: *παγκρατίου δὲ καὶ πυγμῆς* (*οἱ ἐν μικρῷ μεγάλοι*) *οὐκ ἀγαθοὶ προςάται*, inquit: *τῷ τε πλήττοντι ὑποκείμενοι καὶ γελοίως ἀπὸ τῆς γῆς ἑαυτοὺς προσαίροντες ὁπότε αὐτοὶ πλήττοιεν.* Quid dicat perspicuum est. Ridiculi sunt homines humili statura quum se ad feriendum *erigunt* humo. Sed non est hoc *προσαίρειν ἑαυτόν*, sed *ἐπαίρειν*. *Προσαίρειν* idem est quod *προσφέρειν*, unde iocus Pherecratis:

πρόσαιρε τὸ κανοῦν, εἰ δὲ βούλει, πρόσφερε.

Erigere se, *ἐπαίρειν ἑαυτόν*, tritum est, ut in scurrili loco Euripidis:

εἶα δή, φίλον ξύλον,
ἔπαιρε νῦν σεαυτὸ καὶ γίγνου θρασύ.

Itaque *ἑαυτοὺς ἐπαίροντες* restituemus.

In proximis p. 64 et 66. permulta sunt Mynae supplementa, unde nihil sani extundi potest. Non attinet in singula digitum intendere. Ubi oratio est incomposita, impedita, sensu vacua, non Graeca, tenemus interpolatorem. Vera lectio nonnumquam indagari potest, ubi integra pars lectionis veluti manu ducit ad emendanda vitiosa: saepius non potest deletis omnibus sententiae vestigiis. Non facile quidquam erues boni ex his p. 64, 5: *Λεοντώδεις δὲ καὶ ἀετώδεις, καὶ σχιζίαι, καὶ ὡς ἐπονομάζουσιν, ἄκουσον τοιάδε ἀθλητῶν εἴδη*, aut p. 66, 6: *οἱ γὰρ ἐπίχολοι ἀφανεῖς, οἷοι καὶ διὰ τὸ ἕτοιμον τῆς φύσεως καὶ μανικῶς παραλλάξαι*, aut p. 66, 11: *καὶ σπαράξει δὲ τούτους τὸ πνεῦμα, καθάπερ ταῖς ἄρκτοις ἐν τοῖς δρόμοις.* Vocabula Graeca in his portentosa leguntur veluti 66, 1. *τὰς συμπλέξεις*, et 66, 5: *ἀτρομικώτατοι.* Interpretem nihil offendit qui reddidit: »les moins sujets à trembler." Idem *συμπλέξεις* ipse finxit: in apographo Mynas dederat prius *συμπλοκάς*, deinde *συμπλάσεις* et *συμπλήξεις*. Praeterea si mirificam

lectionis discrepantiam cognoveris vocabulaque aut omissa aut de nihilo interpolata, dabis mihi Philostratum ex ipso Philostrato sublatum esse et de novo intercidisse. Pag. 64, 19. in apographo Mynas inseruit *καὶ ἀνειμένοι μᾶλλον*, in editione ea resecuit, sed *ἐοικότες* interpolavit. Dederat 66, 5. *μεγαλέςεροι*, unde Editor *μεγαλόςερνοι* recepit, in editione Mynas substituit *ἀσφαλέςερνοι*, monstrum vocabuli. Seq. versu *ἀφανεῖς* dederat, deinde mutata sententia *ἀφειδεῖς* edidit.

Quis haec potest videre, quis potest pati?

Quod dicebam in nonnullis sanam et integram sententiae partem veluti manu ducere ad reliquorum emendationem, huius rei luculentum argumentum et exemplum exstat p. 68, 10, ubi mihi contigit veram et genuinam scripturam ex Mynae sterquilinio exsculpere. Editur: *Περὶ μὲν δὴ σώματος ἀναλογίας, καὶ εἴτε τοιόσδε βελτίων εἴτε ὁ τοιόσδε. Εἰσί που καὶ δεκταὶ ἀναλογίαι παρὰ τοῖς μὴ ξὺν λόγῳ διεσκεμμένοις ταῦτα. Περὶ δὲ κράσεως, πόσαι εἰσὶν, οὔτε ἀντείρηταί που οὔτε ἀντιλεχθείη ἂν τὸ μὴ οὐκ ἀρίςην κράσεων τὴν θερμήν τε καὶ ὑγρὰν εἶναι.* Quam sint haec iculariter descripta et composita statim apparebit ubi veram lectionem cum istis comparaveris. Interpres nulla difficultate impeditur quo minus haec qualicumque modo in sermonem Gallicum convertat. Ne *δεκταὶ ἀναλογίαι* quidem ei moram obiiciunt. Audi quid dicat: »*On peut aussi apprendre* quelques signes de ces analogies même auprès de ceux *qui traitent de cet art sans méthode.*" *Δεκτόν* igitur ei est quod ab aliquo *accipi*, id est *disci*, potest, et lepide se tinnitu verborum expedivit quum deberet dicere: *etiam ab iis qui artem nesciant nonnihil disci posse.* Mitte haec omnia ut veram lectionem mecum investiges. Primum omnium uno tenore continuanda sunt omnia, quae Editor trifariam dissecuit; deinde duo tantum vitia insunt, alterum levissimum in verbis *περὶ δὲ κ ρ ά σ ε ω ς π ό σ α ι εἰσὶν* pro *περὶ δὲ κρασεων ὁπόσαι εἰσὶν*, alterum gravissimum in verbis *δεκταὶ ἀναλογίαι*, quod atra caligine obscuravit omnia. Constituamus primum caetera in hunc modum: *Περὶ μὲν δὴ σώματος ἀναλογίας καὶ εἴτε* (*ὁ* addendum) *τοιόσδε βελτίων εἴτε ὁ τοιόσδε, εἰσί που καὶ* (*δεκταὶ ἀναλογίαι*) *παρὰ τοῖς μὴ ξὺν λόγῳ διεσκεμμένοις ταῦτα, περὶ δὲ κράσεων ὁπόσαι εἰσὶν οὔτε ἀντείρηταί που οὔτε*

ἀντιλεχθείη ἂν κτέ. In his opponuntur manifesto inter se ac sibi respondent: Περὶ μὲν δὴ σώματος ἀναλογίας et περὶ δὲ κράσεων ὁπόσαι εἰσίν. In hac igitur membrorum concinnitate si altera pars integra est ex illa colligi intelligique poterit quid in altera sit parte reponendum. Itaque si περὶ κράσεων dicitur οὔτε ἀντειρῆσθαι οὔτε ἀντιλεχθῆναι ἄν, consequitur περὶ σώματος ἀναλογίας *non* inter omnes constare, sed de ea re homines dissentire, in diversas partes discedere, alia aliis videri. Quid igitur est pro ἀναλογίαι restituendum? Nempe ἀντιλογίαι, id quod luce clarius est. Superest δεκταί, quod vocabulum est Graecis antiquioribus inusitatum et inauditum: utuntur eo Christiani et Graeculi, qui δεκτόν appellant quem Latine *acceptum*, id est *gratum*, dicimus, ut in notissimis verbis: οὐδεὶς προφήτης δεκτός ἐστιν ἐν τῇ πατρίδι αὐτοῦ. In Alciphronis Epistolis III. 70. δεκτός errore scribarum pro ἀστεῖος irrepsisse notavimus in Var. Lectt. p. 72. Non est autem ulla dubitatio quin apud Philostratum in δεκταὶ ἀντιλογίαι aliud quid lateat. Qui *acriter* et *vehementer* contradicit Graece δεινῶς ἀντιλέγειν dicitur eodemque modo δειναὶ ἀντιλογίαι appellantur, quod quin lateat in δεκταὶ ἀναλογίαι neminem magno opere dubitaturum esse arbitror. Vide nunc quanta luce locus splendeat: περὶ μὲν δὴ σώματος ἀναλογίας — εἰσί που καὶ δειναὶ ἀντιλογίαι —, περὶ δὲ κράσεων — οὔτε ἀντείρηταί που οὔτε ἀντιλεχθείη ἄν. Non sine risu cum his vulgatam loci scripturam compones. Non multum mirabor si quando comperietur in ipso Codice δειναὶ ἀντιλογίαι sine mendo scriptum exstare.

Inepte abundat vocabulum p. 70, 3: εὐήνιοι γυμνάσαι ποικίλως δι' εὐμοιρίαν κράσεως [ἀρίστης]. Expungendum esse ἀρίστης sic optime senties quum animadverteris δι' εὐμοιρίαν κράσεως eleganter et venuste dici pro διὰ τὸ ἀρίστης κράσεως τετυχηκέναι.

Frustra quaesivi emendatam lectionem p. 72, 5. ubi veterum athletarum robur ingens praedicans ita scribit: ταῦτα δὲ δὴ Πολυμήστορες καὶ Γλαῦκοι καὶ Ἀλησίαι καὶ Πολυδάμας ὁ Σκοτουσσαῖος. Mendosum est Ἀλησίαι. Latet nobilis athletae nomen, cuius vestigia et apud Eusebium exstant, sed in loco corrupto. Adnotavit enim ad Olympiadem LXXX. (in Chronicis

p. 40): (ἐνίκα) πάλην Ἀμησίνας Βαρκαῖος, ὃς βουκολῶν ταύρῳ ἐγυμνάζετο ὃν καὶ εἰς Πῖσαν ἀγαγὼν συνεγυμνάσθη. Quid lateat in Ἀλησίας et Ἀμησίνας indagabit fortasse alius.

Clara lux affulget p. 74 et 75. ubi Codex Monacensis Mynae errores aut impedit aut corrigit. Leve mendum superest p. 74, 5: ἐπειδὴ κολακευτικὴ γε ἐγκατελέχθη τῇ γυμναστικῇ. Dissident in τε et γε. Utrumque mendosum est ac tu rescribe κολακευτική τις ἐγκατελέχθη.

Ubi Monacensis liber nos destituit iterum pullulant malesanae lectiones p. 76, 10. sqq. de quibus supra diximus.

Agnosco Philostratum in vitioso usu pronominis σφίσιν p. 78, 17: τῆς μὲν τῶν ἀθλητῶν δόξης ἐπιστρέφονται οὐδὲν, τοῦ δὲ πωλεῖν τε καὶ ὠνεῖσθαι ξύμβουλοι γίγνονται σφίσιν, et pag. 38, 14: οὐδὲ οἱ νόμοι σφίσιν ὑπὲρ τῶν τοιούτων διαλέγονται, quod pronomen pro αὐτοῖς positum melius Herodoto et Ionibus reliquisset, de quo abusu diximus in Mnemosyne Vol. VIII. pag. 166.

Notavimus supra concoquere potuisse Editores ἀπέχομαι pro ἀπέχω, πράττομαι pro πράττω, γινώσκομαι pro γιγνώσκω, contrario errore impingunt p. 80, 2: ἀφελόντες τὸν παῖδα τὸ νεοτήσιον σκίρτημα. Nullo pacto potest ἀφελεῖν pro ἀφελέσθαι substitui. Obtemperatum oportuit Codici Monacensi, qui ἀφαιροῦνται servavit. Cum caeteris comparandus Antiphon in Stob. Floril. LXVIII. 37. fin. φροντίδων ἤδη πάντα πλέα καὶ ἐξοίχεται τὸ νεοτήσιον σκίρτημα ἐκ τῆς γνώμης. Hinc explicuerim id quod legitur p. 66, 4: ἀνεσκιρτηκότες τὴν ὄψιν, quod non significat »*il semble qu'on les voie bondir*" ut Interpreti videtur, sed »in eorum vultu *iuvenilem lasciviam* apparere."

Nil erat opus Sophistae p. 80, 12. eripere Atticam loquendi formam: προσεκτέα δὲ οὔτε ταῖς τῶν γυμναστῶν τετράσιν, et προσεκτέον rescribere. Melius pro οὔτε, quod incongruum est, οὐδέν rescripsisset. Post pauca p. 82, 1. sqq. iterum ruunt omnia, ac frustra Editor Mynae commenta temerariis coniecturis sarcire satagit: praeterea oratio hiat lacunis praesertim p. 82, 7.

Infelix est Editoris correctiuncula p. 84, 1: καὶ τὰ τοιαῦτα μὲν ἅλις κείσθω pro καὶ τὰ τοιαῦτα ἀλίσκεσθαι. Quid enim

est ἅλις κεῖσθαι et quis umquam illo modo locutus est? Graecum est καὶ τῶν τοιούτων μὲν ἅλις, quod a loci sententia abhorret. Quod continuo sequitur vs. 2. ἐνδείξαιτο in verbis: ἀποδύντας δὲ κλεῖς ἂν ἐνδείξαιτο κοίλη vitium alit. *Indicium facere* est ἐνδεικνύναι, non ἐνδείκνυσθαι, quamobrem ἐνδείξειε κοίλη restituendum censeo.

Mirificum est quod legitur p. 84, 7: βολαί τε ὀφθαλμῶν πεπλανημέναι καὶ τὸ ἐρᾶσθαι δοκούντων ἀποσημαίνουσαι. Interpres, quem nihil absterret, reddidit: »le globe des yeux — *présente les signes des gens amoureux.*" Scilicet haec dicuntur de iis, quos cura et sollicitudo torqueat, qui quomodo repente ex amore languere coeperint non exputo. Praeterea quae est verborum Graecorum compositio? An ἐρᾶν et ἐρᾶσθαι est idem? Οἱ ἐρῶντες e vultu cognosci possunt, οἱ ἐρώμενοι non item. Haeremus in eodem luto, in quo tam saepe antea. Non minus portentosa in vicinia apparent, quae quia emendare non possum silentio praeteribo. Pessime in paucis corruptus est locus p. 86, 12: μετερχέσθων τε γυμναστῇ usque ad τοῦ τε ἀπομάττειν ἀπολιμπάνοντες. Interpreti μετέρχομαι γυμναστῇ est »*je m'en rapporte au gymnaste.*" et ἀπολιμπάνω τοῦ ἀπομάττειν »*je ne me fais pas essuyer après l'onction.*" Suspicor igitur ἀπομάττειν eodem sensu quo ἀπομάττεσθαι ab eo accipi. Ἀλλ' ἐμοὶ μὲν τῶν τοιούτων ἅλις, neque amplius talia redarguere iuvat.

Facilis est loci corrupti emendatio p. 88, 5: Εἰ δὲ ἐξ ἀφροδισίων, καὶ ἄμεινον μὲν μὴ γυμνάζειν. Stulte abundat καί et requiritur verbum quod ex εἰ suspendatur. Nemini enim, spero, veniet in mentem ellipsin quamdam in h. l. comminisci ac *ferri posse* putare. Emenda: Εἰ δὲ ἐξ ἀφροδισίων ἥκοιεν ἄμεινον μέν κτέ. quemadmodum recte legitur p. 82, 16: τοὺς δὲ ἐξ ἀφροδισίων ἥκοντας γυμναζομένους πλείω ἐλέγξει.

Obiter repone p. 90, 2. formam Graecam παραθαρσύνοντι in verbis: Ἀγωνιῶντες δὲ ἀθληταὶ θεραπευέσθων μὲν καὶ τὰς γνώμας λόγῳ παραθρασύνοντί τε αὐτοὺς καὶ παριστάντι, Philostratus enim θαρσαλέος scribere solet, non θαρραλέος, itaque nec παραθαρρύνειν. Reliqua plane sunt ἀδιανόητα et absurda.

Duos locos leviter tantum affectos adiiciam. Excidit prae-

positio p. 90, 7: ἀπόχρη τοὺς μὲν πηλῷ καὶ παλαίςρᾳ πονήσαντας ἀνιέναι, ubi τοὺς μὲν (ἐν) πηλῷ reponendum, quemadmodum et alibi saepe recte legitur, et in vicinia vs. 9: ἐπιγυμνάζειν τε τῆς ὑςεραίας ἐν πηλῷ.

Saepe alibi correctus error nescio quomodo haesit p. 94, 6. in verbis: οἱ γὰρ νόμοι τὸ πήδημα χαλεπώτερον (χαλεπώτατον) ἡγούμενοι τῶν ἐν ἀγῶνι τῷ τε αὐλῷ προσεγείρουσι τὸν πηδῶντα καὶ τῷ ἁλτῆρι προσελαφρύνουσιν. Προσεγείρω verbum est Graecis inauditum: emenda προεγείρουσι. Quis non saepe vidit πρό et πρός praesertim in verbis compositis tam stulte inter se permisceri, ut non sentiat libris Mss. in tali re nil quidquam credi posse? In hoc ipso libello προσήκοντες appellantur qui sunt *aetate provecti* (προήκοντες) p. 56, 19. Legitur προσέχοντα ubi προέχοντα requiritur p. 58, 2, προσεμβάλλουσα p. 54, 19, pro προεμβάλλουσα et alia eiusdemmodi.

Relegam nunc iterum quam potero diligentissime libellum et spicas quasdam legam, si quid me adhuc fugit, simul et de rebus, quas Philostratus exposuit, nonnihil annotaturus.

Pag. 2. vs. 9: Ἐξαιρῶ (δὲ καὶ) τὸν κυβερνήτην τῶν βαναύσων, ἐπειδὴ ἄςρων τε συνέσεως καὶ ἀνέμων, καὶ τῶν ἀδήλων ἅπτεται. In his συνέσεως ab Editore est: in apographo σύνεσιν legitur. Emendaverim: ἐπειδὴ ἄςρων τε συνίησι καὶ ἀνέμων καὶ τῶν ἀδήλων ἅπτεται.

Pag. 4. vs. 18: καὶ τὸ εἰς δένδρα δὲ αὐτοῖς ἧκον, imo vero αὐτῆς, nempe τῆς φύσεως. Poterat simplicissime dicere: καὶ ἡ τῶν δένδρων δὲ φύσις ἡ αὐτὴ διαμένει, sed maluit argute et sophistice eam sententiam exornare.

Pag. 6. vs. 13. legerim: παγκράτιον δ' ἐξ ἀμφοῖν συνηρμόσθη pro δὲ ἀμφοῖν. Emendare non possum vs. 16. manifesto mendosa: καὶ τὸ ἀκόντιον ἦρκει ἡ νίκη. Reliqua sic scribenda: Κατὰ δὲ τοὺς χρόνους οὓς ἡ Ἀργὼ ἔπλει Τελαμὼν μέν — πάλῃ· ὁπότ' οὖν ἠγωνίζοντο κτέ.

Pag. 10, 7: πόλεμον Ἠλεῖοι Δυμαίοις ξυνῆψαν οὕτω τι ἀκήρυκτον ὡς μηδὲ τὰ Ὀλύμπια ἀνοχὰς εἶναι: non esse haec satis diligenter narrata Africanus apud Eusebium ad Olympiadem XXVIII. et Strabo VIII. p. 355. docebunt.

Pag. 14, 4: (οἱ Λακεδαιμόνιοι) μεθῆκαν τὸ πυκτεύειν καὶ τὸ παγκρατιάζειν ὁμοίως, αἰσχρὸν ἡγούμενοι διαγωνίζεσθαι ταῦτα ἐν

οἷς ἐςιν ἑνὸς ἀπειπόντος διαβεβλῆσθαι τὴν Σπάρτην ὡς μὴ εὔψυχον. Compara cum his quae collegit Wyttenbach. ad Plutarchi Moral. p. 189. E. Imprimis huc facit locus Senecae de Benef. V. 3: *Lacedaemonii vetant suos pancratio aut caestu decernere ubi inferiorem ostendit victi confessio.* Eleganter Plutarchus in Lycurgo cap. 22. *ταῦτα μόνα ἀγωνίζεσθαι, ἐν οἷς χεὶρ οὐκ ἀνατείνεται,* namque hoc erat *victum se confiteri.*

Quod scribit Philostratus p. 16, 3: *πάλη δὲ — ὡς ἐς τὸ πρόσφορον τῷ πολέμῳ εὕρηται πρῶτον μὲν δηλοῖ τὸ Μαραθῶνι ἔργον — δεύτερον δὲ τὸ ἐν Θερμοπύλαις*, est operae pretium tertium his apponere ex Plutarchi Symposiacis II. v. 6: *τῶν μαχομένων πρῶτον ἔργον ἐςὶ τὸ πατάξαι —, δεύτερον δὲ συμπεσόντας ἤδη καὶ γενομένους ἐν χερσὶν ὠθισμοῖς τε χρῆσθαι καὶ περιτροπαῖς ἀλλήλων, ᾧ μάλιςά φασιν ἐν Λεύκτροις τοὺς Σπαρτιάτας ὑπὸ τῶν ἡμετέρων παλαιςικῶν ὄντων καταβιασθῆναι.* Iuvat obiter ex vicinis emendare alium Plutarchi locum turpi errore maculatum. Praecedit § 5. *ἐν δὲ Λακεδαίμονι τοῖς νενικηκόσι ςεφανίτας ἀγῶνας· ἐξαίρετος ἦν ἐν ταῖς παρατάξεσι χώρα περὶ αὐτὸν τὸν βασιλέα τεταγμένοις μάχεσθαι.* Compone cum his vitam Lycurgi cap. 22: *ἐχώρει δὲ ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ στεφανίτην ἀγῶνα νενικηκότα*, quasi vero rex *unum* tantum ex his secum haberet. Repetitis quatuor litterulis scribe: *μεθ' ἑαυτοῦ τοὺς στεφανίτην ἀγῶνα νενικηκότας.* Verum haec obiter.

Haud scio an vera narret Philostratus p. 16, 16: *Παγκράτιον καὶ πυγμὴν ἀκονιτὶ ςεφανοῦν δεινὸν ἡγούμενοι τὸν παλαιςὴν οὐκ ἀπελαύνουσιν.* Movet me maxime Pausaniae auctoritas VI. XI. 4. ita scribentis: *τοῦ παγκρατίου τὴν νίκην ἀνὴρ ἐκ Μαντινείας Δρομεὺς ὄνομα πρῶτος ὧν ἴσμεν ἀκονιτὶ λέγεται λαβεῖν*, et iterum V. XXI. 14. *τῷ Ἡρακλείδῃ τὸν ςέφανον (τῆς πυγμῆς) παριᾶσιν ἀκονιτί.*

Pag. 20, 3. ubi editur: *Παρῆλθε δὲ ταῦτα οὐχ ὁμοῦ πάντα εἰς τοὺς ἀγῶνας*, ex apographo et Codice *παρελθεῖν* affertur, quamobrem rescripserim: *Παρελθεῖν δέ φασι ταῦτα οὐχ ὁμοῦ πάντα κτέ.* ut scribitur p. 22, 13: *Φασὶ καὶ παῖδα πένταθλον παρελθεῖν ἐκεῖ κτέ.* duae litterulae $\overset{\alpha}{\phi}$, quibus *φασι* scri-

hi solet, describentis aciem fugisse videntur.

In iis quae Philostratus scribit p. 20 sqq. nihil est de quo non satis aliunde constabat. Eusebius ἐν τοῖς Χρονικοῖς ex Africano et Pausanias haec omnia multo diligentius et copiosius memoriae prodiderunt. Unum tantum nomen apud Eusebium leviter corruptum emendari potest ex his Philostrateis p. 20, 5: ἦν μὲν γὰρ τὰ πάλαι ὀλύμπια εἰς τὴν τρίτην ἐπὶ δέκα ὀλυμπιάδα ςαδίου μόνον, καὶ ἐνίκων ἐν αὐτοῖς Ἠλεῖοι τρεῖς, ἑπτὰ Μεσσήνιοι, Κορίνθιος, Δυμαῖος, Κλεωναῖος, ἄλλος ἄλλην ὀλυμπιάδα, δύο δὲ οὐδεὶς ὁ αὐτός. Horum omnium memoria servata est apud Eusebium. Ἠλεῖοι τρεῖς sunt Κόροιβος, Ἀντίμαχος, Αἰσχίνης, qui vicerunt Olymp. I, II et V. Ἑπτὰ Μεσσήνιοι appellantur Ἄνδροκλος, Πολυχάρης [1]), Διοκλῆς [2]), Ἀντικλῆς, Ξενοκλῆς, Δωτάδης, Λεωχάρης, victores Olympiadum III, IV, VII, VIII, IX, X et XI. Unus est Κορίνθιος qui Olympiade XIII. vicit Διοκλῆς, unus Δυμαῖος victor Olymp. VI. Οἰβώτας, de quo vide Pausaniam VI. III. 8 et VII. XVII. 6 et 13. Superest victor Olympiadis XII, qui ab Eusebio Ὀξύθεμις Κορωναῖος appellatur, sed non dubitabis quin ille ipse sit ὁ Κλεωναῖος, quem commemoravit Philostratus.

Quod narrat Sophista p. 20, 17. ὅτι κράτιςα ὁ Σμυρναῖος Ὀνομαςος πυκτεύσας ἐνίκησε — καὶ νόμους ἔγραψε — πυκτικούς, καὶ οὐκ ἤχθοντο οἱ Ἀρκάδες εἰ νόμους ἔγραψέ τις αὐτοῖς — ἐξ Ἰωνίας ἐλθὼν τῆς ἁβρᾶς, componendum est cum Eusebii testimonio ad Olympiad. XXIII. annotantis: Προσετέθη πυγμὴ καὶ Ὀνόμαςος Σμυρναῖος ἐνίκα ὁ καὶ τῇ πυγμῇ νόμους θέμενος, et Pausaniae V. VIII. 7. Ὀνόμαςος δὲ ἐνίκησεν ἐκ Σμύρνης συντελούσης ἤδη τηνικαῦτα ἐς Ἴωνας. Itaque quod scribit Herodotus I. 150. de Smyrna ab Ionibus occupata ante annum 688. accidit.

---

1) Πολυχάρης Μεσσήνιος τά τε ἄλλα οὐκ ἀφανὴς καὶ νίκην Ὀλυμπίασιν ἀνῃρημένος. τετάρτην Ὀλυμπιάδα ἦγον Ἠλεῖοι καὶ ἀγώνισμα ἦν ςαδίου μόνον ὅτε ὁ Πολυχάρης ἐνίκησεν. Pausanias IV. v. 5. Notum est nomen huius Polycharis in bello Messeniaco primo.

2) Vitiosa est apud Eusebium scriptura. Verum nomen servavit Phlegon Trallianus in fragm. Olymp. πρῶτος δ' ἐςεφανώθη Δαϊκλῆς Μεσσήνιος, ὃς τῇ ἑβδόμῃ Ὀλυμπιάδι ςάδιον ἐνίκα, in Westermanni Paradoxogr. p. 207.

Recte p. 22, 14. repositum est ὅτε νικῆσαι μὲν Εὐτελίδαν Λακεδαιμόνιον, pro εὐτεῖδα. Sine mendo Pausanias V. IX 1. et VI. XV. 8. Mendose Eusebius ad Olymp. XXXVIII: προσετέθη παίδων πένταθλος καὶ ἠγωνίσαντο τότε μόνον, ἐνίκα Δευτελίδας Λάκων, pro ἐνίκα δ' Εὐτελίδας. Vidit Pausanias Olympiae vetustissimam Eutelidae statuam: ἔςι δὲ ἥ τε εἰκὼν ἀρχαία τοῦ Εὐτελίδα καὶ τὰ ἐπὶ τῷ βάθρῳ γράμματα ἀμυδρὰ ὑπὸ τοῦ χρόνου VI. XV. 8. Nemo mirabitur, nam vicerat ante annos plus quam *octingentos*. Vicit enim Eutelidas anno 628. a. Chr. et scripsit Pausanias annis p. Chr. 174, ut apparet ex libro V. I. 2.

Qui commemoratur p. 22, 18. Πολυμήςωρ ὁ Μιλήσιος, ὃς τῇ ῥύμῃ τῶν ποδῶν λαγὼν ἔφθανεν, eiusdem memoriam servat Eusebius ad Olympiad. XLVI. Πολυμήςωρ Μιλήσιος παίδων ςάδιον, ὃς αἰπολῶν λαγὼν κατέλαβεν.

Quem narrat Philostratus p. 22, 21. Φιλήταν Συβαρίτην νενικηκέναι, eundem ad Olymp. XLI. nominat Eusebius: Προσετέθη παίδων πυγμὴ καὶ ἐνίκα Φιλώτας * συκαρίτης. Emendate scribitur Συβαρίτης Φιλητᾶς apud Pausaniam V. VIII. 9. De controversia quam movet Sophista, utrum hoc ad Olympiadem XLI an LX. referendum sit, altum apud eos silentium. Diserte uterque eam rem assignat Olympiadi XLI.

Corruptum nomen p. 24. 1. Δημάρητος — Ἡραιεύς ut supra indicavimus, e Pausania emendandum in Δαμάρετος. Apud Eusebium est ad Olympiad. LXV. Προσετέθη ὁπλίτης καὶ ἐνίκα Δαμάρητος Ἡρακλείδης, vitiose pro Δαμάρετος Ἡραιεύς.

Quod Philostratus veluti dubitanter scribit: Ἡραιεύς, οἶμαι, ὤν, ostendit eum nescivisse athletarum ex Arcadia omnium nobilissimum fuisse Δαμάρετον τὸν Ἡραιᾶ. Pausanias VIII. XXVI. 2: Ἀθλητὰς δὲ ὁπόσοι γεγόνασιν Ἀρκάσιν ὑπερῆρκε τῇ δόξῃ Δαμάρετος Ἡραιεύς, ὃς τὸν ὁπλίτην δρόμον ἐνίκησεν ἐν Ὀλυμπίᾳ πρῶτος. Nec ipse tantum erat nobilis sed (ut Philostrati ipsius verbis utar p. 30, 19). Damareti ὁ οἶκος Ὀλυμπιονῖκαι πάντες. Vide Pausaniam VI. X. 4, ubi et veterem Damareti statuam describit: πεποίηται ὁ Δαμαρέτου ἀνδριὰς ἀσπίδα τε ἔχων καὶ κράνος ἐπὶ τῇ κεφαλῇ καὶ κνημῖδας ἐπὶ τοῖς ποσίν. Commemorat iterum Damareti victoriam X. VII. 7.

Quae scribit Philostratus p. 24, 3. supra sic a nobis re-

stitula: ἑκατοςῇ καὶ τεσσαρακοςῇ καὶ πέμπτῃ ὀλυμπιάδι παιδὸς παγκρατιαςοῦ ἀγῶνα ἔθεσαν οὐκ οἶδ' ἐξ ὅτου βραδέως αὐτὸν ἐννοήσαντες εὐδοκιμοῦντα ἤδη παρ' ἑτέροις. Ὀψὲ γὰρ τῶν ὀλυμπιάδων Αἰγύπτου ἤδη ςεφανουμένης ἤρξατο. κἀκείνη γὰρ ἡ νίκη Αἰγυπτία ἐγένετο. Ναύκρατις οὖν ἀνερρήθη νικῶντος Αἰγυπτίου Φαιδίμου, confirmantur ab Eusebio qui ad Olympiadem CXLV. adscripsit: Προσετέθη παίδων παγκράτιον καὶ ἐνίκα Φαίδιμος Ἀλεξανδρεύς, nisi quod Alexandriam pro Naucrati substituit. Manet tamen ἡ νίκη Αἰγυπτία. Consentit de caeteris Pausanias V. VIII. 11. sed de victoris patria discedit in alia omnia. Πέμπτῃ δὲ ἐπὶ ταῖς τεσσαράκοντα καὶ ἑκατὸν ἆθλα ἐτέθη παγκρατίου παισὶ καὶ ἐνίκα Φαίδιμος Αἰολεὺς ἐκ πόλεως Τρῳάδος. Me quidem Eusebiana ἀναγραφὴ τῶν Ὀλυμπιονικῶν permovet ut nunc quidem Pausaniae Philostratum auctorem anteponam, quamquam haec ipsa ἀναγραφή melius etiam quam Pausanias demonstrat quam multa Philostratus in ea enumeratione omiserit et quam indiligenter ac perfunctorie nonnulla tractaverit. Indicio esto is ipse locus in quo versamur: ὀψὲ τῶν ὀλυμπιάδων, inquit, Αἰγύπτου ἤδη ςεφανουμένης, idque scribit de Olympiade CXLV, annis circiter ducentis ante Chr. Toto saeculo antea Aegyptios decertasse Olympiae satis constat. Περιγένης Ἀλεξανδρεύς in tabulas Olympicas victor receptus est Olymp. CXXVII. et deinde complures alii.

Ex iis, quae Philostratus omisit, unum supplebo ad illustrandam athletae memoriam, quem Sophista in operis initio p. 4, 4. extollit, ubi dicit: ἡ πάλαι γυμναςικὴ Μίλωνας ἐποίει καὶ Ἱπποσθένεις, Πουλυδάμαντάς τε καὶ Προμάχους καὶ Γλαῦκον τὸν Δημύλου. In Eusebii Chronicis ad Olympiadem XXXVII. annotatur:

Προσετέθη ςάδιον παίδων καὶ ἐνίκα Πολυνείκης Ἠλεῖος.

Προσετέθη καὶ παίδων πάλη καὶ ἐνίκα Ἱπποσθένης Λάκων, ὃς διαλιπὼν μίαν τὰς ἑξῆς πέντε Ὀλυμπιάδας ἀνδρῶν πάλην ἐνίκησεν.

Confirmat haec Pausanias V. VIII. 9: Δρόμου μὲν δὴ καὶ πάλης ἐτέθη παισὶν ἆθλα ἐπὶ τῆς ἑβδόμης καὶ τριακοςῆς Ὀλυμπιάδος, καὶ Ἱπποσθένης Λακεδαιμόνιος πάλην, Πολυνείκης δὲ τὸν δρόμον ἐνίκησεν Ἠλεῖος. Bis eundem in Laconicis commemorat: III. XIII. 9: τῷ δὲ Ἑτοιμοκλεῖ καὶ αὐτῷ καὶ Ἱπποσθένει

τῷ πατρὶ πάλης εἰσὶν Ὀλυμπικαὶ νῖκαι συναμφοτέροις μὲν μία τε καὶ δέκα, τῷ δὲ Ἱπποσθένει μιᾷ νίκῃ τὸν υἱὸν παρελθεῖν ὑπῆρξεν. Divinis honoribus cultum esse Hipposthenem tradit Pausanias III. xv. 7: πλησίον δ' ἐςὶν Ἱπποσθένους ναὸς, ᾧ γεγόνασιν αἱ πολλαὶ νῖκαι πάλης. Σέβουσι δ' ἐκ μαντεύματος τὸν Ἱπποσθένην ἅτε Ποσειδῶνι τιμὰς νέμοντες. Aut ego fallor, aut Pausaniam fefellit nomen Ποσειδῶνος ἱπποσθενοῦς, quem sic invocat Aristophanes in Equitt. vs. 551.

Ἵππι' ἄναξ Πόσειδον, ᾧ
χαλκοκρότων ἵππων κτύπος
καὶ χρεμετισμὸς ἀνδάνει.

quid enim Neptuno fuit cum luctatore Olympionica praeter nominis convenientiam? Praeterea locus Pausaniae non est integer: excidit vocabulum, quod sic supple: ᾧ γεγόνασιν αἱ πολλαὶ (Ὀλυμπικαὶ) νῖκαι. Non enim alias quam Olympicas victorias reportavit et reportare potuit Hipposthenes ab anno 632. a. Chr. ad annum 608, Olympiade XXXVII et XXXIX—XLIII.

Haesit vitium p. 32, 2: κονίσαι παλαίςρᾳ τὸν ἀθλητὴν ἐν Ὀλυμπίᾳ καὶ ἡλιοῦσθαι ἀνάγκη. Quid est κονίσαι? κονίεσθαι ἐν παλαίςρᾳ certe intelligi potest et Graecum est. Nemo enim Epicum κονίοντες πεδίοιο huc trahet. Exemplum unum adscribam quia lepidus locus est et obiter emaculandus. Galenus in Protrept. p. 45. Will. ἐπὶ τίνι οἱ ἀθληταὶ μέγα φρονήσουσιν; — τάχ' οὖν ἐπὶ τῷ δι' ὅλης ἡμέρας κονίεσθαι [δικαιοῦσιν]; ἀλλὰ τοῦτό γε καὶ τοῖς ὄρτυξι καὶ τοῖς πέρδιξιν ὑπάρχει, [καὶ] εἴπερ ἐπὶ τούτῳ μέγα χρὴ φρονεῖν [ἐπὶ] τῷ δι' ὅλης ἡμέρας βορβόρῳ λούεσθαι. Expunge quae uncis inclusimus et omnia habebunt optime. De forma κεκονιμένος saepius in κεκονισμένος depravata diximus in Var. Lectt. p. 128.

Duo verba supervacua impediunt locum p. 32, 12: Λακεδαιμόνιοι δὲ καὶ τακτικὴν ἐβούλοντο [καὶ αὐτοὺς] τοὺς γυμναςὰς εἰδέναι. Nisi expunxeris καὶ αὐτούς sententia non recte procedet.

Turbatum est aliquid p. 34, 4: Γλαῦκον τὸν Καρύςιον — Τισίας ὁ γυμναςὴς εἰς νίκην ἤγαγε παρακελευσάμενος »τὰν ἀπ' ἀρότρου πλῆξαι·" τουτὶ δὲ ἄρα ἦν ἡ τῆς δεξιᾶς εἰς τὸν ἀντίπαλον φορά. Nota historia est. Adscribam nonnulla ex Pausania VI x. 2: ὁ Γλαῦκος ἅτε οὐκ ἐμπείρως ἔχων τῆς μά-

χης ἐτιτρώσκετο ὑπὸ τῶν ἀνταγωνιζομένων καὶ ἡνίκα πρὸς τὸν λειπόμενον ἐξ αὐτῶν ἐπύκτευεν ἀπαγορεύειν ὑπὸ πλήθους τῶν τραυμάτων ἐνομίζετο. καί οἱ τὸν πατέρα βοῆσαί φασιν· »ὦ παῖ, τὴν ἀπ᾽ ἀρότρου." Primum mihi mirum accidit cur homo Carystius δωριςὶ loquatur. Nil nisi Mynae error esse videtur, qui in apographo τὰν ἀπ᾽ ἀρότρου dedit, in editione τὴν ἐπ᾽ ἀρότρῳ substituit, in utroque aliquid peccans. Praeterea haec perperam ita scribuntur: »τὰν ἀπ᾽ ἀρότρου πλῆξαι" quasi haec ipsius Tisiae verba essent, quum appareat esse Philostrati in hunc modum constituenda: παρακελευσάμενος τὴν ἀπ᾽ ἀρότρου πλῆξαι. Vitiosum usum aoristi πλῆξαι apud sequiores notavimus in Mnemos. Vol. VIII. p. 165. Pausanias sine vitio imperativum παῖε posuerat, quem praecedens syllaba absorpsit, nam mihi quidem pater filium sic exhortatus esse videtur: »ὦ παῖ, (παῖε) τὴν ἀπ᾽ ἀρότρου."

Periit nobilissimi athletae nomen p. 34, 8. ubi in apographo est: Ἀρίωνα δὲ τὸν παγκρατιαςὴν δύο μὲν ἤδη ὀλυμπιάδας νικῶντα, τρίτην δὲ ἐπ᾽ ἐκείναις ὀλυμπιάδα μαχόμενον περὶ τοῦ ςεφάνου καὶ ἤδη ἀπαγορεύοντα Ἐρυξίας ὁ γυμναςὴς εἰς ἔρωτα θανάτου κατέςησεν. Mynas in Editione Ἀρίονα substituit, Editor *ex emendatione* Ἀριςίωνα scripsit. Sed non est haec emendatio, nam verum esse Ἀρριχίωνα δὲ τὸν παγκρατιαςήν facile demonstrabit inspectus Pausanias VIII. XL. 1: τῷ δὲ Ἀρριχίωνι ἐγένοντο Ὀλυμπικαὶ νῖκαι δύο μὲν Ὀλυμπιάσι ταῖς πρὸ τῆς τετάρτης καὶ πεντηκοςῆς, ἐγένετο δὲ καὶ ἐν αὐτῇ σὺν δικαίῳ τε ἐκ τῶν Ἑλλανοδικῶν καὶ Ἀρριχίωνος αὐτοῦ τῇ ἀρετῇ. Deinde narrat qua constantia vicerit et in ipsa victoria animam efflaverit. Eandem rem in tabula depictam habes in Philostrati Iconibus II. 6. ubi ita scribit: τουτὶ γὰρ δὴ ἀνδρῶν τὸ παγκράτιον. ςεφανοῦται δὲ αὐτῷ Ἀρριχίων ἐπαποθανὼν τῇ νίκῃ. Confirmantur haec ex ἀναγραφῇ τῶν Ὀλυμπιονικῶν ubi ad Olympiadem LIV. annotatur: Ἀριχίων Φυγαλεὺς (L. Ἀρριχίων Φιγαλεύς) τὸ τρίτον νικῶν παγκράτιον ψιλωθεὶς ἀπέθανε καὶ νεκρὸς ἐςέφθη φθάσαντος ἀπείπασθαι ἀνταγωνιςοῦ κλωμένου αὐτῷ τοῦ ποδὸς ὑπ᾽ ἐκείνου. Quod autem Eryxias exclamasse dicitur, quoniam manifesto manavit ex notissimo καλὸν ἐντάφιον ἡ τυραννίς, quod ad Dionysium maiorem dictum esse constat, apparet commenticium esse, ut multa alia eiusdemmodi a sequio-

ribus ficta. Vidit et hanc vetustissimam statuam Phigaleae Pausanias VIII. XL. 1: *Φιγαλεῦσι δὲ ἀνδριάς ἐςιν ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς Ἀρριχίωνος τοῦ παγκρατιαςοῦ — ἀρχαῖος. — λέγουσι δὲ καὶ ἐπίγραμμα ἐπ' αὐτὴν γραφῆναι· καὶ τοῦτο μὲν ἠφάνιςο ὑπὸ τοῦ χρόνου.* Mirum non est, nam quum haec Pausanias scriberet praeterierant anni 738. ex quo Arrichion in media victoria exspirasset.

Corrupta verba p. 34, 2. *ἀπιςούμενον ἐν Ὀλυμπίᾳ τὴν πυγμὴν τῷ ἀντιπάλῳ* diu et multum me exercuerunt, sed frustra. Nihil exit quod simul sententiae et Graecitati ita satisfaciat ut non nimis a vulgata lectione discedat. Inspiciant Codicem quibus erit huius rei copia. Contra aliquid dispicio p. 34, 20. in ridicula lectione *οὐκ ἀπαξιοῖ τί σε τῶν ἑαυτῆς παιδικῶν νικῶντα Ὀλυμπίαζε*, ubi haec latere suspicor: *οὐκ ἀπαξιοῖ σε ἐραςὴν ἡ παιδίσκη νικῶντα Ὀλυμπίασι.* Urbane utuntur veteres nominibus *παιδίσκη* et *παιδισκάριον* in oratione iocosa aut hilariore aut si quando contemtim de amoribus loquuntur. Nota est querela Thrasonidae *τοῦ Μισουμένου* apud Menandrum:

παιδισκάριόν με καταδεδούλωκ' εὐτελές.

Clementis Alexandrini testimonium peridoneum Dindorf. ad Steph. Thes. attulit ex Paedag. p. 105: *οὔ μοι δοκεῖς Ἀττικῆς ἐπαΐειν φωνῆς παρ' ἧς ἔςιν ἐκμαθεῖν τὰς καλὰς καὶ ὡραίας ἔτι δὲ καὶ ἐλευθέρας νεάνιδας παιδίσκας καλουμένας*, cuius usus sat multa et nota exempla sunt. Sic igitur quodammodo patet unde vitiosa Mynae scriptura nata esse potuerit.

Post pauca narratur Promachus vicisse *Πολυδάμαντα τὸν Σκοτουσσαῖον μετὰ τοὺς λέοντας οὓς ὁ Πολυδάμας ᾑρήκει παρ' Ὤχῳ τῷ Πέρσῃ.* Haec quoque aliunde sat nota sunt. Nobilissimus athletarum est *Πουλυδάμας Νικίου Σκοτουσαῖος*, vid. Pausaniam VI. v. 1. et VII. XXVII. 6. Scholiasta Platonis ad Remp. I. p. 338. c: *Πολυδάμας — παγκρατιαςὴς ὑπερμεγέθης, ὃς ἐν Πέρσαις παρ' Ὤχῳ γενόμενος τῷ βασιλεῖ λέοντας ἀνεῖλε καὶ ὡπλισμένους γυμνὸς κατηγωνίσατο.* Descripta haec sunt ad verbum ex Eusebii Chronicis pag. 41. ad Olympiadem XCIII: (*ἐνίκα*) *παγκράτιον Πολυδάμας Σκοτουσσαῖος ὑπερμεγέθης — κατηγωνίσατο. ἵςη δὲ καὶ ἅρματα ἐλαυνόμενα κατὰ κράτος.* Sed mirum accidit quomodo Polydamas potuerit victoriam Olympi-

cam reportasse Olympiade XCIII. id est anno 408, et ab Ocho Persarum rege reversus (qui anno 359. regnare *coepit*) in novo certamine Olympiae a Promacho superari, annis minimum *quinquaginta* post priorem victoriam. Conspirat cum Philostrato Pausanias VII. xxvii. 6. *λέγεται δὲ καὶ ὡς (ὁ Πρόμαχος) Πουλυδάμαντος τοῦ Σκοτουσσαίου κρατήσειεν ἐν Ὀλυμπίᾳ. τὸν δὲ Πουλυδάμαντα δεύτερα τότε ἐς τὸν ἀγῶνα ἀφῖχθαι τὸν Ὀλυμπικὸν παρὰ βασιλέως τοῦ Περσῶν ἀνασωθέντα οἴκαδε.* Plura de eodem refert VI. v. 4. sqq. desumta ex epigrammate ac basi statuae, quam Pausanias Olympiae positam vidit l. l. § 7. Haec igitur inter se conciliari nullo modo posse videntur. Namque esto verum esse quod scribit Philostratus p. 72, 16. de veteribus athletis: *ἠγωνίζοντό τε οἱ μὲν ὀκτὼ ὀλυμπιάδας οἱ δὲ ἐννέα*, quamquam in maius rem a Sophista augeri verisimillimum est, vel sic tamen te non expedies. Superest igitur ut credamus in ea re aut errorem aut fraudem latere. Multo graviorem in simili re errorem aperit Pausanias VI. iii. 8, qui se non illepide expedivit sententia Herodotea: *ἐμοὶ μὲν οὖν λέγειν μὲν τὰ ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων λεγόμενα ἀνάγκη, πείθεσθαι δὲ πᾶσιν οὐκέτι ἀνάγκη* [1]).

Redeo ad Philostrati locum, in quo tria menda remanserunt. Pag. 34, 13: Προμάχου δὲ τοῦ ἐκ Πέλλης vitiose scribitur. Promachus enim non erat Μακεδὼν ἐκ Πέλλης, sed Ἀχαιὸς ἐκ Πελλήνης. Pausanias ubi eius statuam Olympiae positam commemorat VI. viii. 5. eum Πρόμαχον τὸν Δρύωνος παγκρατιαστὴν Πελληνέα appellat, et iterum VII. xxvii. 5. in Pellenes descriptione: *ἐνταῦθα*, inquit, *ἀνὴρ Πελληνεὺς ἔστηκε Πρόμαχος ὁ Δρύωνος.* Deinde vs. 22. ubi editur Πολυδάμαντα τὸν Σκοτουσσαῖον peccatur et in athletae nomine et in patriae. Genuina forma est Πουλυδάμας, quae et Platoni restituenda est in Rep. I. p. 338. C. *εἰ Πουλυδάμας ἡμῶν κρείττων ὁ παγκρατιαστής*, et sicubi alibi apud Veteres Πολυδάμας nominatur. Tum Σκοτοῦσα et Σκοτουσαῖος scribendum est, non Σκοτοῦσσα et Σκοτουσσαῖος. Appellabatur urbs Thessaliae antiquo nomine

---

1) Herodot. VII. 152: *ἐγὼ δὲ ὀφείλω λέγειν τὰ λεγόμενα, πείθεσθαί γε μὲν οὐ παντάπασι ὀφείλω.*

Σκοτόεσσα, sed forma contracta in Σκοτοῦσα emolliri solebat, ut Δαφνοῦσα, Δρυοῦσα, Ἐλαιοῦσα et alia plurima, de quibus accurate egimus in Mnemosyne Vol. VIII. p. 123 sqq. Prisca forma exstat apud Pausaniam VII. xxvii. 6:

Ὦ τροφὲ Πουλυδάμαντος ἀνικάτου Σκοτόεσσα.

In libris variari solet, ut passim in talibus. Ex apographo prodiit σκοτούσιον, contra σκοτουσσαῖον p. 72. 6.

Quod supra notavimus p. 36, 2. rescribendum esse ἢ ἐκέχρητο ἐφ' ἡλικίας pro ἀφ' ἡλικίας, nil erat opus coniectura namque ἐφ' ἡλικίας diserte erat in apographo scriptum, sed ab Editore non intellectum et inconsulto mutatum est. Ἐφ' ἡλικίας legitur et alibi et in lepido Luciani loco περὶ γυμνασίων cap. 39, ubi Anacharsis ex Solone quaerit: ὁ Λυκοῦργος δὲ καὶ αὐτὸς ἐμαςιγοῦτο ἐφ' ἡλικίας, ἢ ἐκπρόθεσμος ὢν ἤδη τοῦ ἀγῶνος ἀσφαλῶς τὰ τοιαῦτα ἐνεανιεύσατο; Cui Solon: πρεσβύτης ἤδη ὢν ἔγραψε τοὺς νόμους αὐτοῖς Κρήτηθεν ἀφικόμενος. Sic ἐπὶ νεότητος legitur in Aristophanis Vesp. vs. 1199. et in Acharn. vs. 214: οὐκ ἂν ἐπ' ἐμῆς γε νεότητος. Rectissime reposuit ἐπὶ γήρως pro ἐπὶ γήρᾳ Hirschigius in Vesp. vs. 1165. Emendate scriptum exstat in Equitt. vs. 524. ἐπὶ γήρως οὐ γὰρ ἐφ' ἥβης.

Quod reposuimus p. 38, 9: παῖδα ἀθλητὴν ἑλληνοδίκης μέν τις ἢ ἀμφικτύων ἐγκρίνουσιν ἀπὸ τῶν τοιῶνδε, pro κρίνουσιν, confirmabitur memorabili loco Luciani ὑπὲρ τῶν εἰκόνων cap. XI. ἀκούω πολλῶν λεγόντων μηδ' Ὀλυμπίασιν ἐξεῖναι τοῖς νικῶσι μείζους τῶν σωμάτων ἀνιςάναι τοὺς ἀνδριάντας ἀλλ' ἐπιμελεῖσθαι τοὺς Ἑλλανοδίκας ὅπως μηδὲ εἷς ὑπερβαλεῖται τὴν ἀλήθειαν καὶ τὴν ἐξέτασιν τῶν ἀνδριάντων ἀκριβεςέραν (L. ἀκριβέςερον) γίγνεσθαι τῆς τῶν ἀθλητῶν ἐγκρίσεως. Appellabantur hae statuae εἰκόνες sive ἀνδριάντες ἰσομέτρητοι, de quibus vid. Wyttenb. ad Eunapium p. 322.

Scite dictum est p. 36, 9: ὡς μήτε ὁ γυμναςὴς ψεύσαιτο μήτε ἡ μήτηρ ψευσθείη. Habent tamen haec incertam fidem, namque Mynas prius dederat ὡς μήτε ὁ γυμναστὴς ψευσθείη καὶ τὴν μητέρα μαθεῖν τὰ ἐπινίκεια (sic), quibus postea illa substituit, quae si de suo finxit scite ac venuste finxit, sin autem in Codice exstant sed non nisi difficulter extricari pos-

sunt, vide mihi quam temere priorem illam scripturam de suo commentus fuerit.

Quod scribit Philostratus p. 42, 3: *ἐν Ὀλυμπίᾳ ἀθλεῖν ὑπὲρ κηρυγμάτων, ὧν καὶ Ἡρακλῆς ἦρα* quo spectet palam faciet Pausanias V. IX. 4. *λέγεται δὲ καὶ ἐς αὐτὸν Ἡρακλέα ὡς πάλης τε ἀνέλοιτο καὶ παγκρατίου νίκας.* Hinc *ἐν ταῖς τῶν Ὀλυμπιονικῶν ἀναγραφαῖς* qui palmam duplicem tulissent eandem, quam olim Hercules, ab Hercule numerabantur, ut ex Eusebianis Chronicis apparet. Ad Olympiadem CXLII. annotatur:

Κάρος (L. *Κάπρος*) *Ἠλεῖος καὶ πάλην καὶ παγκράτιον ἐνίκα μετὰ Ἡρακλέα. καὶ ἀναγράφεται δεύτερος ἀφ' Ἡρακλέους.*

Ad Olympiadem CLVI. *ὁ αὐτὸς τὸ τρίτον Ῥόδιος τρίτος ἀφ' Ἡρακλέους πάλην ὁμοῦ καὶ παγκράτιον.*

Ad Olympiadem CLXXII. *Πρωτοφάνης Μάγνης πάλην καὶ παγκράτιον τέταρτος ἀφ' Ἡρακλέους.*

Ad Olympiadem CLXXVIII. *Στρατόνικος Κοράγου Ἀλεξανδρεὺς πάλην καὶ παγκράτιον πέμπτος ἀφ' Ἡρακλέους.*

Ad Olympiadem CLXXXII. *Μαρίων Μαρίωνος Ἀλεξανδρεύς, πάλην καὶ παγκράτιον ἕκτος ἀφ' Ἡρακλέους.*

Ad Olympiadem CXCVIII. *Ἀριστέας Στρατονικεὺς ἢ Μαιάνδριος πάλην καὶ παγκράτιον ἕβδομος ἀφ' Ἡρακλέους.*

Ad Olympiadem CCIV. *Στράτος* (*Στράτις*) *Ἀργεάτης πάλην καὶ παγκράτιον ὄγδοος ἀφ' Ἡρακλέους ἔτι παραβραβευόντων τῶν Ἠλείων τοὺς δυναμένους.*

Denique ad Olympiadem CCXXXII. *Σωκράτης πάλην καὶ παγκράτιον ἀπογραψάμενος παρεβραβεύθη ὑπὸ Διονυσίου Σελευκέως.*

Est operae pretium cum his Pausaniae testimonia componere. Primum ex libro V. XXI. 9: *τούτῳ δὲ τῷ λόγῳ διάφορα ὄντα εὕρισκον τὰ Ἠλείων ἐς τοὺς Ὀλυμπιονίκας γράμματα. ἔστι γὰρ δὴ ἐν τοῖς γράμμασι τούτοις Στράτωνα Ἀλεξανδρέα Ὀλυμπιάδι ὀγδόῃ μετὰ τὰς ἑβδομήκοντα καὶ ἑκατὸν ἐπὶ ἡμέρας ἀνελέσθαι τῆς αὐτῆς παγκρατίου καὶ πάλης νίκην. — Στράτωνος δὲ τούτου τρεῖς μὲν ἡλικίᾳ πρότερον, τοσοῦτοι δὲ ἄλλοι μετ' αὐτόν εἰσι δῆλοι τὸν κότινον παγκρατίου τε ἆθλα εἰληφότες καὶ πάλης· καὶ πρῶτος μὲν ἐξ αὐτῆς Ἤλιδος Κάπρος, Ἑλλήνων δὲ τῶν πέραν Αἰγαίου Ῥόδιός τε Ἀριστομένης καὶ Μαγνήτων τῶν ἐπὶ Ληθαίῳ Πρωτοφάνης. Οἱ δὲ ὕστερον τοῦ Στράτωνος Μαρίων τε*

πόλεως ἐκείνῳ τῆς αὐτῆς καὶ Στρατονικεὺς Ἀριςέας, — *ἕβδομος δὲ Νικόςρατος ἐκ τῶν ἐπὶ θαλάττῃ Κιλίκων οὐδὲν τοῖς Κίλιξιν αὐτοῦ μετὸν εἰ μὴ ὅσα τῷ λόγῳ. Τοῦτον τὸν Νικόςρατον νήπιον παῖδα ἔτι ἐκ Πρυμνησσοῦ λῃςαὶ τῆς Φρυγῶν ἥρπασαν* — *κομισθέντα δὲ αὐτὸν εἰς Αἰγέας ὠνήσατο ὅςις δή.* Hinc primum Eusebiana quaedam emendari debent. Lacuna suppleri potest ad Olymp. CLVI. in hunc modum:

Ἑκατοςὴ πεντηκοςὴ τετάρτη. Λεωνίδας Ῥόδιος τριαςὴς ςάδιον.

Ἑκατοςὴ πεντηκοςὴ πέμπτη. ὁ αὐτὸς τὸ δεύτερον.

Ἑκατοςὴ πεντηκοςὴ ἕκτη. ὁ αὐτὸς τὸ τρίτον, Ῥόδιος, τρίτος ἀφ' Ἡρακλέους πάλην ὁμοῦ καὶ παγκράτιον.

Ἑκατοςὴ πεντηκοςὴ ἑβδόμη. Λεωνίδας τὸ τέταρτον ςάδιον. Μόνος δὲ καὶ πρῶτος ἐπὶ τέσσαρας Ὀλυμπιάδας ςεφάνους Ὀλυμπιακοὺς ἔχει δώδεκα.

Luce clarius est suppleri oportere: *ὁ αὐτὸς τὸ τρίτον.* (*Ἀριςομένης*) *Ῥόδιος τρίτος ἀφ' Ἡρακλέους κτἑ.* Tum ad Olympiadem CLXXVIII. pro *Στρατόνικος Κοράγου* apparet esse legendum *Στράτων Κορράγου* auctore Aeliano V. H. IV. 15: *Στράτων δὲ ὁ Κορράγου* — *Ὀλυμπίασιν ἐνίκησεν ἡμέρᾳ μιᾷ πάλην καὶ παγκράτιον.* Stratonem Aegium in Achaiam migrasse ex Pausania patet VII. xxiii. 5: *ςοὰ δὲ τῆς πόλεως* (*Αἰγίου*) *πλησίον ἐποιήθη Στράτωνι ἀθλητῇ Ὀλυμπίασιν ἐπὶ ἡμέρας τῆς αὐτῆς παγκρατίου καὶ πάλης ἀνελομένῳ νίκας.* Superest duplex mendum ad Olympiad. CCIV, ubi pro *Στράτος* (*Στράτις*) *Ἀργεάτης* manifestum est corrigi oportere: *Νικόςρατος Αἰγεάτης.* Qui *secundus ab Hercule* fuit *Κάπρος ὁ Ἠλεῖος*, de eo multa Pausanias V. xv. 4 et 10. memoriae prodidit, quae vide apud ipsum.

Victor Olympiadis CLXXII. Protophanes iterum commemoratur a Pausania et I. xxxv. 6: *Μάγνησι τοῖς ἐπὶ τῷ Ληθαίῳ Πρωτοφάνης τῶν ἀςῶν* (*εἷς τῶν ἀςῶν?*) *ἀνείλετο ἐν Ὀλυμπίᾳ νίκας ἡμέρᾳ μιᾷ παγκρατίου καὶ πάλης.*

Nicostratum *τὸν ὀγδόον ἀφ' Ἡρακλέους* commemorant Lucianus et Quintilianus. Hic in Institt. Orat. II. 8: »si fuerit qui docebitur ille, *quem adolescentes senem vidimus* [1]), Nico-

1) Vicit Nicostratus imperante Tiberio Olympiade CCIV. a. 37. post Chr.,

stratus, omnibus in eo docendi partibus similiter utetur efficietque illum, *qualis hic fuit luctando pugnandoque, quorum utroque certamine iisdem diebus coronabatur*, invictum." Lucianus in libro *πῶς δεῖ τὴν ἱςορίαν συγγράφειν* cap. 12: *οὐδὲν κωλύσει ἀφ' Ἡρακλέους γενέσθαι Νικόςρατον τὸν Ἰσιδότου γεννάδαν ὄντα καὶ τῶν ἀνταγωνιςῶν ἑκατέρων* (id est *πάλης καὶ παγκρατίου*) *ἀλκιμώτερον εἰ αἴσχιςος ὀφθῆναι εἴη τὴν ὄψιν*, ad quem locum miro errore homines docti confuderunt *Νικόςρατον τὸν ὀγδόον ἀφ' Ἡρακλέους*, qui Olympiade CCIV. duplicem palmam meruit, cum Nicostrato Argivo, qui Olympiade CVII. Ochum Persarum regem in subigenda Aegypto adiuvit. vide Diod. Sicul. XVI. 44. ibique meliora docentem Wesselingium. In Luciani loco Palmerius (in Exercitt. p. 556.) reponebat: *οὐδὲν κωλύσει (ὀγδόον) ἀφ' Ἡρακλέους γενέσθαι Νικόςρατον*, sed nihil opus. Appellabantur enim *οἱ ἀφ' Ἡρακλέους* Olympionicae, qui easdem quas olim Hercules palmas tulissent. Sic intelligendus Galenus in Protreptico p. 49: *οὐδὲ τῶν ἀφ' Ἡρακλέους τις ἐλέφαντος ἢ λέοντος ἰσχυρότερος ἂν φανείη*, et plane eodem modo Lucianus in Veris Histor. II. 22. *πάλην μὲν ἐνίκησε Κάπρος ὁ ἀφ' Ἡρακλέους Ὀδυσσέα καταγωνισάμενος. — παγκρατίου δὲ ἆθλα οὐ τίθεται παρ' αὐτοῖς.* Ambabus enim manibus amplector Palmerii emendationem (in Exercitt. p. 588.) *Κάπρος ὁ ἀφ' Ἡρακλέους* pro *Κᾶρος* aut *Κῦρος*, quod exhibent libri. Lucianus enim scite nobilissimos athletas olim defunctos cum heroibus Homericis in Orco committit.

Postea *ὀγδόος ἀφ' Ἡρακλέους* in proverbium abiit, cuius rei testem habeo Dionem Cassium LXXIX. 10, ubi athletam commemorat Aurelium, *ὃς τοσοῦτον τοὺς ἀνταγωνιςὰς ὑπερῆρεν, ὥςε πάλην ἅμα καὶ παγκράτιον ἐν τῇ Ὀλυμπίᾳ ἀγωνίσασθαι ἐθελῆσαι*, et post pauca addit: *οἱ μὲν γὰρ Ἠλεῖοι φθονήσαντες αὐτῷ μὴ τὸ λεγόμενον δὴ τοῦτο ἀφ' Ἡρακλέους ὀγδόος γένηται οὐδὲ ἐκάλεσαν ἐς τὸ ςάδιον παλαιςὴν οὐδένα.*

Longam annotationem de Herculis victoriis Olympicis concludam Strabonis loco prudentissimi scriptoris lib. VIII. p. 354:

---

ut supra ex Eusebio notavimus. Non negligendus igitur hic locus est in constituenda Quintiliani aetate.

ἐᾶσαι γὰρ δεῖ τὰ παλαιὰ — *περὶ τῆς θέσεως τοῦ ἀγῶνος τῶν μὲν ἕνα τῶν Ἰδαίων δακτύλων Ἡρακλέα λεγόντων ἀρχηγέτην τούτων, τῶν δὲ τὸν Ἀλκμήνης καὶ Διός, ὃν καὶ ἀγωνίσασθαι πρῶτον καὶ νικῆσαι· τὰ γὰρ τοιαῦτα πολλαχῶς λέγεται καὶ οὐ πάνυ πιςεύεται.*

Est aliquid inter Strabonis sanum et sobrium iudicium et Sophistae levitatem, qui non tantum Herculem credidit *τῶν ἐν Ὀλυμπίᾳ κηρυγμάτων ἐρασθῆναι*, sed Deos ipsos de palma Olympica contendisse narrat p. 72, 12: *ςέφανον δὲ Ἀπόλλωνος ἢ Ποσειδῶνος, ὑπὲρ οὗ καὶ αὐτοὶ οἱ θεοὶ μέγα ἤθλησαν, ἄδεια μὲν ἀποδίδοσθαι, ἄδεια δὲ ὠνεῖσθαι*, secutus veteres fabulas, quales collegit Pausanias V. vii. 10, quarum lepidissima est *τὸν Δία παλαῖσαι ἐν Ὀλυμπίᾳ τῷ Κρόνῳ περὶ τῆς ἀρχῆς.*

Redeo ad locum, quem supra attigi tantum. Legitur pag. 44, 2: *ταυτὶ γὰρ τὰ νοσήματα καὶ ξυνυποικουρεῖ ποτε τῇ φύσει· καὶ παιδία μὲν ὄντα ἀφανῶς ὑποδέδυκε, μεταβολὴν ἴσχοντος τοῦ αἵματος ἐν ταῖς τῆς ἡλικίας τροπαῖς.* Manifestum est inter *ὑποδέδυκε* et *μεταβολήν* intercidisse nonnulla, quae Mynas in temerario supplemento explevit de suo in hunc modum: *προϊόντων δὲ ἐς ἐφήβους καὶ μεθιςαμένων ἐς ἄνδρας καὶ ἀπιούσης ἀκμῆς δῆλα καὶ φανερὰ γίγνεται.* Quaerit ad haec Editor in praef. p. xvi. »les mots ajoutés par M. Mynas dans son texte sont-ils bien de Philostrate?" Ne unum quidem ex his vocabulum e Codice manasse crediderim. Nihil prorsus horum habet colorem Graecum aut refert antiquum dicendi genus: neque *προϊέναι ἐς ἐφήβους*, neque *μεθίςασθαι ἐς ἄνδρας* neque *ἀπιούσης ἀκμῆς*. Nemo umquam Veterum *δῆλα καὶ φανερά* coniunxit. Haec omnia supposita et commenticia esse (ut et ipse ita loquar) *δῆλόν ἐςι καὶ φανερόν*. Praeterea non *tres* aetates nominaverat Philostratus, quibus illa ingenita mala deinceps erumpant, sed unam. Quid enim ad gymnastam attinet illa aetas *ὅταν ἐπιλίπῃ ἡ ἀκμή?* Supplebit lacunam cui Codicis inspiciendi copia aliquando erit. Equidem satis habeo mendum eximere ex iis quae praecedunt: *καὶ παιδία μὲν ὄντα ἀφανῶς ὑποδέδυκε.* Res ipsa clamat: *τὰ νοσήματα ταῦτα ἀφανῶς ὑποδέδυκε* non significare: »ces maladies *se sont introduites* dans le corps des enfants *sans qu'on s'en soit aperçu.*" *Ὑποδεδυκέναι* est *in occulto latere, delitescere*, donec erum-

pant. Itaque legendum: *καὶ παιδίων μὲν ὄντων ἀφανῶς ὑποδέδυκε.* Compendiola fortasse Mynam fefellerunt.

Quid sit legendum p. 44, 7: pro *ἴσον μέγεθος* exspecto qui me ex Codice melius lecto doceat.

Quod legitur p. 44, 17: *οὐ μὴν πρόσω γε τῆς τέχνης* comparandum cum Aeliani verbis in Var. Hist. IV. 15. de athleta scribentis: *χωρῶν ἐς τὸ πρόσω τῆς τέχνης*, et ipsius Philostrati p. 68, 1: *ἀνθρώπιον μὲν ἦν οὐ μέγα, ἐπάλαιε δὲ πρόσω τέχνης.* Hinc melius intelligetur Aristophanis versiculus in Vespis 192:

πονηρὸς εἶ πόρρω τέχνης καὶ παράβολος.

quem minime intellexit Scholiastes, cui *πόρρω τέχνης* videtur significare: *οὐκ ἀπὸ τέχνης οὐδ' ἀπὸ μελέτης ἀλλὰ φύσει.* Melius Didymus *ἐν τῇ Κωμικῇ Λέξει* apud Hesychium *Πόρρω τέχνης ὅμοιον τῷ σφοδρῶς ἐνέχεσθαί τινι.*

Verba Philostrati p. 52, 1: *ὁπλίτην δὲ καὶ σταδίου ἀγωνιστὴν καὶ διαύλου διακρίνει μὲν οὐδεὶς ἔτι ἐκ τῶν χρόνων, οὓς Λεωνίδας ὁ Ῥόδιος ἐπ' ὀλυμπιάδας τέτταρας ἐνίκα τὴν τριτὺν ταύτην*, illustrantur ex iis, quae supra *ἐκ τῆς τῶν Ὀλυμπιονικῶν ἀναγραφῆς* apposuimus ad Olympiades CLIV — CLVIII. *Λεωνίδας Ῥόδιος τριαστὴς — μόνος καὶ πρῶτος ἐπὶ τέσσαρας Ὀλυμπιάδας στεφανοὺς Ὀλυμπιακοὺς ἔχει δώδεκα.* Comparandus et Pausanias VI. XIII. 4: *τὰ μέντοι ἐπιφανέστατα ἐς δρόμον Λεωνίδᾳ Ῥοδίῳ ἐστίν· ἐπὶ γὰρ τέσσαρας Ὀλυμπιάδας ἀκμάζων τε τῇ ὠκύτητι ἀντήρκεσε καὶ γεγόνασιν αὐτῷ δρόμου νῖκαι δύο ἀριθμὸν καὶ δέκα.* Sed sunt in loco Philostrateo quaedam suspiciosa. Leve est *τριττύν* pro *τριτύν* rescribendum esse admonere, sed vehementer suspectum est *ὁπλίτην.* Cur dicatur Leonidas *τριαστής* videndum. Verbum *τριάζειν* (non *τριάττειν*, quod monstrum vocabuli male in gazam Graecitatis receptum est) habuit formas Doricas *τριάξαι* et *τριαχθῆναι* (ut *ἁρμόξαι* et *ἁρμοχθῆναι*), et hinc *τριακτήρ* natum et *τριακτῆρος τυχών* apud Aeschylum. Huius verbi olim propria sedes fuit in lucta pro *τρὶς καταβαλεῖν* et sic demum vincere, et *τριαχθῆναι* et *τριακτῆρος τυχεῖν* est *τρὶς πεσόντα ἡττηθῆναι.* Deinde cursores dicebantur *τριασταί*, qui tria certaminum genera coniungebant. Alii coniungebant *στάδιον, δίαυλον, ὅπλον*, alii *στάδιον, δίαυλον, δολιχόν.* Legitur *ἐν τῇ τῶν Ὀλυμπιονικῶν ἀναγραφῇ* ad Olympiadem

LXVII. Φανᾶς Πελληνεὺς ϛάδιον. Πρῶτος ἐτρίσσευσε δίαυλον, ὅπλον. Legendum est: ἐτρίσσευσε, (ϛάδιον), δίαυλον, ὅπλον. Alterius τριττύος exemplum est apud Pausaniam VI. xiii. 3: Πολίτης ἐκ Κεράμου δολιχοῦ τε ἐν ἡμέρᾳ τῇ αὐτῇ καὶ παραυτίκα ϛαδίου λαβὼν νίκην προσέθηκε διαύλου σφίσι τὴν τρίτην. Huic statim mentionem Leonidae subiungit, quem omnium laudes superasse auctor est. Apparet in his omnibus servari ordinem in ipsis ludis usitatum ϛάδιον, δίαυλον, ὅπλον et δολιχόν, ϛάδιον, δίαυλον. Constat etiam aliunde τὸ τριάζειν de cursoribus dictum a Graecis ita accipi, ut cogitent περὶ ϛαδίου, διαύλου καὶ δολιχοῦ. Apparebit hoc ex Photii Lexico v. Τριαχθῆναι λέγουσιν οἱ παλαιϛρικοὶ ἀντὶ τοῦ τρὶς πεσεῖν, ἢ τὸ τρὶς τροχάσαντα νικηθῆναι ϛάδιον, δίαυλον, δολιχόν. οὕτως Θευγενίδης ἐν Δικαϛαῖς. Τριαχθῆναι illo sensu a Comico πέπαικται, sed doctus Grammaticus ita aperit verbi sensum ut ostendat quid sit in cursore τὸ τριάζειν et τὸ τριαϛὴν εἶναι. Coniunxerat eadem Πολίτης Κεραμίτης, qui ad Olympiadem CCXII. ἐν τῇ ἀναγραφῇ victor scriptus est. Leonidas tamen τὸν ὁπλίτην δρόμον cum ϛαδίῳ et διαύλῳ coniunxerat, ut patet ex iis quae apud Philostratum continuo sequuntur p. 52, 5: τὸν μὲν δὴ ὁπλιτεύοντα πλευρά τε εὐμήκη παραπεμπέτω κτέ. Similis victoriae memoria exstat in eximio fragmento τῆς Ὀλυμπιονικῶν καὶ χρονικῶν συναγωγῆς Phlegontis Tralliani, quod servavit Photius in Biblioth. Cod. 97. ἐπὶ τῆς ροζ' Ὀλυμπιάδος ἐνίκα Ἑκατόμνως Μιλήσιος ϛάδιον καὶ δίαυλον καὶ ὁπλίτην, et post pauca iterum: Ἑκατόμνως Μιλήσιος — τὰ τρία ἐϛεφανώθη ϛάδιον, δίαυλον, ὁπλίτην, plane ut de Leonida Rhodio scripsit Philostratus, apud quem vitium haeret in accusativo ὁπλίτην. Certo usu enim, ut apud Phlegontem vides, ὁπλίτης appellatur in ludis non ὁ δρομεύς, sed ὁ δρόμος. Dicitur δρόμοι ὁπλῖται, ut δρόμοι ἔνοπλοι, et ὁπλίτου τυχεῖν, vid. p. 10, 3: 12, 6: 24, 2. Quomodo igitur ὁπλίτην δὲ καὶ ϛαδίου ἀγωνιϛήν componere potuit? Nullo modo, sed ὁπλίτου δὲ καὶ ϛαδίου restituendum est.

Absurdum manifesto est p. 58, 8: ἰσχυρὰ γὰρ ταῦτα — καὶ παλαῖσαι μὲν ἥττονα, παλαιϛρικώτερα δὲ τῶν ἄλλων. Nihilo sanior est interpretatio: »de telles poitrines sont, il est vrai, moins bonnes *pour la lutte*, mais elles conviennent mieux que

les autres *pour la palestre.*" Sanam aut certe meliorem lectionem diu frustra quaesivi.

Facilius est eximere mendum ex pag. 60, 10: *πλευρὰ δὲ εὐκαμπὴς καὶ προσεγείρουσα τὸ ϛέρνον ἱκανῶς ποιεῖ παλαίειν τε καὶ παλαίεσθαι.* Nihili est *προσεγείρουσα.* Veram lectionem elicias ex pag. 56, 14: *ὦμοι προσερείδοντες κεφαλήν*, unde rescribe: *πλευρὰ — προσερείδουσα τὸ ϛέρνον.*

Periit vocula p. 66, 17: *Μῦς ὁ Αἰγύπτιος*, *(ὡς) ἐγὼ τῶν πρεσβυτέρων ἤκουον, ἀνθρώπιον μὲν ἦν οὐ μέγα κτἑ.* Vides *ὡς* abesse omnino non posse.

Mendum est p. 68, 6. in verbis: *καὶ ὤνητο τῆς νόσου τῷ τοῖς διεφθορόσιν ἐρρῶσθαι*: emendandum est: *ὤνητο τῆς νόσου τὸ* (non *τῷ*) — *ἐρρῶσθαι.* Sic enim loquebantur, quemadmodum Veteres *ἀπολαύειν τι τινός* solebant dicere. Dixisset scriptor Atticus: *ἀπέλαυσε τῆς νόσου τὸ — ἐρρῶσθαι.* Etiam *ὀνίνασθαί τι τινός*, *βραχέα*, *σμικρά* et sim. admodum usitata sunt. Dativo in talibus nemo utitur. *Διεφθορότα* apud Philostratum perperam pro *διεφθαρμένα* poni solere ostendimus in Mnemosyne Vol. VIII. p. 164.

Superest mendum p. 70, 13: *ταῦτα εἰρήσθω νυνὶ περὶ κράσεως ἐκ τῆς νῦν γυμναϛικῆς*: in his *νυνί* est Mynae correctiuncula, quum prius *μέν* dedisset. Corrige: *ταῦτ' εἰρήσθω μοι περὶ κράσεως.*

Offendo pag. 72, 15: *ὅθεν ἄνοσοί τε ἤσκουν καὶ ὀψὲ ἐγήρασκον*, in verbo *ἤσκουν*. Requiro *vivebant* aut aliquid huiusmodi. Fieri potest ut *ἄνοσοι διεβίουν* aut *διετέλουν* Sophista scripserit. *Ἄνοσος* enim appellatur non *ὁ ἐρρωμένος*, *ὁ μὴ νοσῶν*, sed *ὁ διὰ τέλους ἐρρωμένος*, *ὁ μηδέποτε νοσῶν.* Itaque *ἄνοσος διεβίω* dici potest id est *οὐδέποτε ἐν παντὶ τῷ βίῳ ἐνόσησε*, sed *ἄνοσος ἤσκησε* ridiculum est.

Frustra quaesivi quid sit reponendum p. 74, 17. pro *ἄγουσα* in verbis *τὰ χοίρεια τῶν κρεῶν ἄγουσα.* Interpres: »*en présentant* aussi de la chair de cochon." hoc ipsum sententia requirit, sed neque *ὀρέγουσα* plane mihi satisfacit nec reperio melius.

Quod scribit Philostratus p. 76, 12: *ϛέφανον Ἀπόλλωνος ἢ Ποσειδῶνος — ἄδεια μὲν ἀποδίδοσθαι, ἄδεια δὲ ὠνεῖσθαι. πλὴν ὅσα Ἠλείοις ὁ κότινος ἄσυλος μένει διὰ τὴν παλαιὰν δόξαν*, aut

fallit aut fallitur. Plurimum enim abest, ut illa laus constet vel τοῖς Ἑλλανοδίκαις vel iis, qui Olympiae de palma certaverunt. Notum est quanta olim fuerit laus iustitiae et aequitatis, qua florerent οἱ Ἑλλανοδίκαι. Venerunt ad Psammin Aegypti regem (teste Herodoto II. 160.) Ἠλείων ἄνδρες αὐχέοντες δικαιότατα καὶ κάλλιστα τιθέναι τὸν ἐν Ὀλυμπίῃ ἀγῶνα. Graecorum, qui laudum suarum minime sunt detrectatores, nemo obloquitur. Etiam sequiores Hellanodicarum aequitatem summis extollunt laudibus. Dionem Chrysostomum vide in Rhodiaca p. 344 sq. et audi Philostratum in vita Apollonii IV. 29. p. 169: οἱ Ἠλεῖοι μεῖον οὐδὲν ἢ οἱ ἀγωνιούμενοι τῶν ἀθλητῶν κρίνεσθαι ᾤοντο καὶ μήθ' ἑκόντες τι μήτ' ἄκοντες ἁμαρτάνειν. itaque iis aliquid laudis Apollonius impertitur satis ambiguae; idem eosdem oblique rodit III. 30. p. 121. simul docens eos non ἀριστίνδην lectos sed sorte ductos esse: κλήρῳ γὰρ ξυγχωροῦσι τὴν αἵρεσιν (τῶν Ἑλλανοδικῶν). Non illepide Agis, de quo ita scribit Plutarchus in Lycurgo cap. XX: Ἆγις ἐπαινούντων τινῶν τοὺς Ἠλείους ὡς καλῶς τὰ Ὀλύμπια καὶ δικαίως ἄγοντας· καὶ τί μέγα, ἔφη, Ἠλεῖοι (Ἀλεῖοι) ποιοῦντι δι' ἐτῶν πέντε ἁμέρᾳ μιᾷ χρώμενοι τᾷ δικαιοσύνᾳ. Sapienter tamen Aegyptii Hellanodicas reprehenderunt apud Herodotum II. 160. ὅτι σφι καὶ οἱ πολιῆται ἐναγωνίζονται. Verissime eos admonuerunt si ita facerent οὐδεμίαν εἶναι μηχανὴν ὅκως οὐ τῷ ἀστῷ ἀγωνιζομένῳ προσθήσονται ἀδικέοντες τὸν ξεῖνον. In tanto numero Olympionicarum, qui in Elide nati sunt, probabile est »*Hellanodicas, ut sunt humana, nonnumquam ad gratiam et libidinem suam potius spectasse quam quid ius et aequum postularent*" ut iudicat Valckenaerius ad Herod. l. l. Unius fraudis de genere hoc tenemus eos manifestos. Factum est Olympiade XCVI. ut contenderent de palma Λέων Ἀμπρακιώτης et Εὐπόλεμος Ἠλεῖος, de qua re ita scribit Pausanias VI, III. 7: λέγεται δὲ ὡς ἐφεστήκοιεν τρεῖς ἐπὶ τῷ δρόμῳ Ἑλλανοδίκαι, νικᾶν δὲ τῷ μὲν Εὐπολέμῳ δύο ἐξ αὐτῶν δοῖεν, ὁ τρίτος δὲ Ἀμπρακιώτῃ Λέοντι, καὶ ὡς χρημάτων καταδικάσαιτο ὁ Λέων ἐπὶ τῆς Ὀλυμπικῆς βουλῆς ἑκατέρου τῶν Ἑλλανοδικῶν, οἳ νικᾶν Εὐπόλεμον ἔγνωσαν. Atque hi quidem, qui manifesto τῷ ἀστῷ ἀγωνιζομένῳ προσέθεντο ἀδικοῦντες τὸν ξένον, perfidiae poenas dederunt, Eupolemus tamen in fastos relatus est. Legitur enim ἐν τῇ ἀναγραφῇ ad Olym-

piad. XCVI. Εὐπόλεμος Ἠλεῖος ςάδιον, et apud Pausaniam VIII. XLV. 4. δευτέρῳ ἔτει τῆς ἕκτης καὶ ἐνενηκοςῆς Ὀλυμπιάδος, ἣν Εὐπόλεμος Ἠλεῖος ἐνίκα ςάδιον. Vitiose Diodorus Sicul. XIV. 54: Ὀλυμπιὰς δ' ἤχθη ἐνενηκοςὴ καὶ ἕκτη, ἣν ἐνίκα Εὔπολις Ἠλεῖος, sed emendavit locum Wesselingius. Sunt haec antiquiora: sequioribus temporibus in Graecia effoeta et servitutem serviente fraudes τῶν Ἑλλανοδικῶν crebrius apparent. Adscriptum est ἐν τῇ ἀναγραφῇ ad Olympiad. CCIV. ann. 37. p. Chr. imperante Tiberio: ἔτι παραβραβευόντων τῶν Ἠλείων τοὺς δυναμένους, et ad Olympiad. CCXXXII. ann. 149. p. Chr. imperante Antonino Pio: Σωκράτης πάλην καὶ παγκράτιον ἀπογραψάμενος ὑπὸ Ἠλείων παρεβραβεύθη ὑπὸ Διονυσίου Σελευκέως. Satis manifesta res est vel ex ipso verbo παραβραβεύειν, quod est τὸ βραβεῖον παρὰ τὸ δίκαιον διδόναι ἢ ἀφαιρεῖσθαι. Turpissimum facinus est, quod Hellanodicae commiserunt imperante Heliogabalo Olympiade CCL. ann. p. Chr. 221. cuius memoriam servavit Dio Cassius LXXIX. 10: ὁ δὲ Σαρδανάπαλλος (sic portentum hominis appellare solet) καὶ ἀγῶνας ἐποίει καὶ θέας συχνάς, ἐν αἷς Αὐρήλιος Αἶλιξ ὁ ἀθλητὴς εὐδοκίμησεν, ὃς τοσοῦτον τοὺς ἀνταγωνιςὰς ὑπερῆρεν ὥςε πάλην ἅμα καὶ παγκράτιον ἐν τῇ Ὀλυμπίᾳ ἀγωνίσασθαι ἐθελῆσαι κἂν τοῖς Καπιτωλιείοις καὶ ἄμφω νικῆσαι. Οἱ μὲν γὰρ Ἠλεῖοι φθονήσαντες αὐτῷ μή, τὸ λεγόμενον δὴ τοῦτο, ἀφ' Ἡρακλέους ὀγδόος γένηται οὐδὲ ἐκάλεσαν ἐς τὸ ςάδιον παλαιςὴν οὐδένα καίπερ ἐν τῷ λευκώματι καὶ τοῦτο τὸ ἄθλημα προγράψαντες. Hi quoque ἠδίκησαν τὸν ξένον tantum honorem invidentes *Romano* homini, qui eodem modo atque Socrates ὑπὸ τῶν Ἠλείων παρεβραβεύθη et παρὰ τὸ δίκαιον τοῦ βραβείου ἀφῃρέθη. Hoc solum flagitium post Philostrati mortem perpetratum est. Reliqua aut ignoravit aut sciens neglexit. Multo plura eiusdemmodi ipsi athletae designaverunt, etiam Olympiae. Saepe fraus et flagitiosa largitio deprensa est, saepius occultam fuisse probabile est. Exempla quaedam adscribam. Plutarchus in Lycurgo cap. 22. ita scribit: φασὶ Λακεδαιμόνιόν τινα χρημάτων πολλῶν ἐν Ὀλυμπίοις διδομένων αὐτῷ μὴ δεξάμενον ἀλλὰ πολλῷ πόνῳ καταπαλαίσαντα τὸν ἀνταγωνιςὴν ὥς τις εἶπεν αὐτῷ· τί σοι πλέον, ὦ Λάκων, γέγονε διὰ τῆς νίκης; φάναι μειδιάσαντα· πρὸ τοῦ βασιλέως τεταγμένος μαχοῦμαι τοῖς πολεμίοις. Olympiade XCVIII. teste

Pausania V. XXI. 3. Εὔπωλος ὁ Θεσσαλὸς χρήμασι διέφθειρε τοὺς ἐλθόντας (εἰσελθόντας) τῶν πυκτῶν. Eodem teste V. XXI. 5. constat Olympiade CXII. Ἀθηναῖον Κάλλιππον ἀθλήσαντα πένταθλον ἐξωνήσασθαι τοὺς ἀνταγωνιουμένους χρήμασιν. Simile facinus ἀνδρῶν ἐπὶ δώροις παλαισάντων Olympiade CLXXVIII. commissum narrat idem V. XXI. 8. Adriano imperante vivo Pausania accidit quod commemorat V. XXI. 18: ἕκτῃ ἐπὶ ταῖς εἴκοσι καὶ διακοσίαις Ὀλυμπιάδι πύκτας ἄνδρας ὑπὲρ αὐτῆς μαχομένους τῆς νίκης ἐφώρασαν συνθεμένους ὑπὲρ λήμματος. Duo erant Aegyptii, Didas et Garapammon, subdolum ac perfidum hominum genus; sed ipsos Elidenses Iovis numen tali scelere violasse indignabundus scribit Pausanias V. XXI. 16: θαῦμα μὲν δὴ καὶ ἄλλους ἐν οὐδενὸς λόγῳ τὸν θεὸν θέσθαι τὸν ἐν Ὀλυμπίᾳ καὶ δέξασθαί τινα ἢ δοῦναι δῶρα ἐπὶ τῷ ἀγῶνι· μείζονος δὲ ἔτι θαύματος εἴ γε καὶ αὐτῶν ἐτόλμησεν ἤδη τις Ἠλείων. Deinde narrat Olympiade CXCIII. Damonicum Elidensem filii adversarium largitione corrupisse. Sic igitur Ἠλείοις ὁ κότινος ἄσυλος ἔμενε scilicet. Sed quis mirabitur illis temporibus, illis moribus quum omnia et omnes ubique venales essent Olympiae quoque τοὺς μὲν ἀποδίδοσθαι τὴν αὑτῶν εὔκλειαν διὰ τὸ πολλῶν δεῖσθαι, τοὺς δὲ ὠνεῖσθαι τὸ μὴ ξὺν πόνῳ νικᾶν διὰ τὸ ἁβρῶς διαιτᾶσθαι, ut Philostratus loquitur p. 76. 8. praesertim quum gymnastae τῆς τῶν ἀθλητῶν δόξης ἐπεστρέφοντο οὐδέν, τοῦ δὲ πωλεῖν καὶ ὠνεῖσθαι ξύμβουλοι ἐγίγνοντο σφίσι προνοοῦντες τοῦ ἑαυτῶν κέρδους. p. 78, 15. Denique quum athletae a gymnastis insanis usuris exhaurirentur, auctore Philostrato ibid. καὶ δανείζουσι τοῖς ἀθληταῖς ἐπὶ τόκοις μείζοσιν ὧν (τελοῦσιν) ἔμποροι θαλαττεύοντες, quis mirabitur illos fuisse venales, praesertim quum mollitie et deliciis diffluerent? Neque erat illa recens corruptela et turpitudo: audi quae dicat Dionysius Halicarn. ἐν τῷ προτρεπτικῷ τοῖς ἀθληταῖς Tom. VI. p. 277. Reisk. πειρασόμεθα ἀναιρεῖν δι' ἃ ἐπὶ τὸ διαφθείρεσθαί τινες τρέπονται, de quibus multa scribit unde pauca describam: οἱ δόντες τῷ μὲν δοκεῖν νενικήκασι τῇ δ' ἀληθείᾳ ἑώνηνται τὴν νίκην, et post pauca: χείρους εἰσὶ τῶν προδοτῶν. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ τοὺς ἄλλους πωλοῦσιν, οὗτοι δὲ καὶ ἑαυτούς. καὶ ὅμοιοι τοῖς πόρνοις εἰσὶν ἐπὶ τοῖς σώμασι τοῖς ἑαυτῶν λαμβάνοντες, et

alia complura, unde quam late illa pestis serpserit facilis coniectura est.

Iisdem temporibus ipsi ludi Olympici in tanta Graeciae inopia languebant, cuius rei testimonium ex Flavio Iosepho expromam ut ex eo vetus mendum eximam. Scribit de Herode Magno in Antt. Iud. XVI. v. 3: *τὸν Ὀλυμπίασιν ἀγῶνα πολὺ τῆς προσηγορίας ἀδοξότερον ὑπ' ἀχρηματίας διατεθειμένον τιμιώτερον ἐποίει χρημάτων προσόδους καταςήσας καὶ πρός τε θυσίας καὶ τὸν ἄλλον κόσμον ἐσεμνοποίησε τὴν πανήγυριν.* Haec omnia recte se habent, sed vitium est in sqq. *Διὰ δὴ ταύτην τὴν φιλοτιμίαν διηνεκὴς ἀγωνοθέτης παρὰ τοῖς πλείςοις ἀνεγράφη.* Iocularis error nos ludificatur in ultimis verbis. Apud quos tandem praeter ipsos Elidenses *ἀναγραφῆναι* Herodem putas *διηνεκῆ ἀγωνοθέτην*? Solent inter se Η et Π permutari, ut apud Demosthenem p. 1434, 10, ubi in libris est: *πολλῷ γὰρ ἂν πλεῖον εἶχε* pro *ἥδιον* (ΗΔΕΙΟΝ), et p. 1448, 19. pro *οἱ πλεῖςοι τῶν παρ' ὑμῶν ἐκπλεόντων* duo libri sine sensu exhibent *οἱ ἥδιςοι.* Iosephus ipse scripserat: *παρὰ τοῖς Ἠλείοις ἀνεγράφη.*

Non illepidum mendum obsidet verba p. 82, 15: *τοὺς δὲ ὑποίνους γαςήρ τε ἑρμηνεύσει περιττὴ καὶ αἷμα ἱλαρώτερον.* Equidem athletam ipsum *hilariorem* esse posse arbitror, non athletae sanguinem. Callide se expedivit Interpres quum verteret: »un sang *plus vif.*" Videant medicorum filii an Philostratus *tepidiorem* sanguinem in ea re notare potuerit, namque sic erit parata emendatio *αἷμα χλιαρώτερον,* quod medium est inter *θερμὸν αἷμα* et *αἷμα ψυχρόν.*

Quod scribit Philostratus p. 94, 4: *τῷ αὐλῷ προεγείρουσι τὸν πηδῶντα* duobus Pausaniae locis confirmatur: V. vii. 10: *τούτου δὲ ἕνεκα καὶ τὸ αὔλημα τὸ Πυθικόν φασι τῷ πηδήματι ἐπεισαχθῆναι τῶν πεντάθλων (ἐν Ὀλυμπίᾳ) ὡς τὸ μὲν ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος τὸ αὔλημα ὄν, τὸν Ἀπόλλωνα δὲ ἀνῃρημένον Ὀλυμπικὰς νίκας,* et VI. xiv. 10: *δῆλα δὲ ὅτι καὶ ἐν τῷ ἀγῶνι τῷ Ὀλυμπίασιν ἐπηύλησε τῷ πεντάθλῳ. Πυθοκρίτῳ μὲν γέγονεν ἀντὶ τούτων ἡ ἐν Ὀλυμπίᾳ ςήλη καὶ ἐπίγραμμα ἐπ' αὐτῇ·*

ΠΥΘΟΚΡΙΤΟΥ.

τοῦ καλλινίκου μνᾶμα ταὐλητᾶ τόδε.

descripsi totum locum, ut appareret *γάρ* pro *μέν* esse reponendum sic: *Πυθοκρίτῳ γὰρ γέγονεν ἀντὶ τούτων κτἑ.*

Sed manum de tabula: facio iam annotandi finem et Philostrati *lepidum novum libellum* de manibus depono. Satis mihi demonstrasse videor multo lepidiorem fuisse futurum nisi fraudulenter passim interpolatus et paulo indoctius in lucem editus fuisset. De Myna quid dicam? Etiam in litterarum studiis nil homini fide et probitate debet esse antiquius. In Editorem, quamquam suscepto operi imparem, nolim quidquam inclementius dicere. Constat inter omnes quantopere Graecas litteras amet et si minus est in iis exercitatus non ipsi magis id vitio vertendum est quam temporibus. Iacent apud Gallos severa philologiae Graecae studia et inique id quod caeteri omnes perinde peccant uni exprobratur. Tu mihi haec scribenti obversari solebas, mi Dubnere, qui *Ἡρακλέους ὀργήν τιν' ἔχων* nullius auxilio adiutus cum levitate et inscitia bellum non intermissum geris, in qua re popularium tuorum candorem et solidam eruditionem indefesso labore partam cum Gallorum lepore et festivitate et sanitate feliciter coniungis. Plaudimus tibi omnes quibus vera ac severa humaniorum Litterarum studia sunt curae cordique. Equidem tuos libellos legens *ἐπιφθέγγομαί σοι τὸ Ὁμηρικόν·*

Βάλλ' οὕτως αἴ κέν τι φάος Γαλάτῃσι γένηαι.

Imbue gentem lepidam et amabilem tali doctrina qualem in nostra uterque patria ab ineunte aetate imbibimus. Fac Galli Graecos non tantum ament, sed ante omnia intelligant. Quando semel *τὰ κάτω ἰσχυρότατα* erunt facta, natura ipsa perficiet reliqua, neque videbit Gallia amplius editionem huic quam reprehendimus similem.

Quod ad Philostratum ipsum attinet ex animi sententia Editoris verba mea facio, quae posuit in Praef. p. XXIII:

»J'en appelle de tous mes voeux à un juge bien informé, au *manuscrit* décrit par M. Minoide Mynas, dans le *Moniteur du 5 janvier* 1844."

INDEX

RERUM ET VERBORUM.